

Epistolae Antiquissimae, Ac Sacris Institutionibus plenae, Clementis,  
Anacleti & Euaristi, Ro. Pontt. Dionysij item Areopagitae & Ignatij  
Antiocheni Episcopi: Martyrum Christi Clementis Epistolae V. Anacleti  
Epist. III. Euaristi Epistolae II. Dionysij Epist. I. Ignatij Epist. I.

Coloniae 1526

Res/4 P.gr.c. 12 e

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00025521-1

VD16 C 4305

---

### Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Daten systemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.



\*\*\*\*\*

Res. 4<sup>o</sup>

P. gr. c.

12

e

\*\*\*\*\*





4<sup>o</sup> P. gr. C. 12<sup>e</sup>

Sammlung deutscher Drucke  
1450 bis 1912



Erworben mit Mitteln der  
Volkswagen-Stiftung











# EPISTOLAE AN-

TIQVISSIMAE, AC SACRIS IN-

stitutionibus plenæ, Clementis, Anacleti & Eua-

risti, Ro. Pontt. Dionysij item Areopagitæ

& Ignatij Antiocheni Episcopi:

Martyrum Christi,

Clementis

V.

Anacleti

III.

Euaristi

Epistolæ

II.

Dionysij

I.

Ignatij

I.

Deut. 32.

Interroga patrē tuū, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

Psal. 77.

Quanta audiuius, & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera.

Anno MDXXVI.

Mense Iulio.



# SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO D. FERDI-

nando, Hispaniarū Infanti, Archiduci Austriæ, Duci  
Burgundiæ, &c. Sac. Cæs. Maies. per Ro. Impe-  
rium Locumtenenti, Principi ac Domino  
suo Clementis. Io. Cochläus S. D.  
ac se supplici uoto cōmendat.

Deut. 52



SCRIPTUM EST IN LEGE DOMI-  
ni, Sereniss. Princeps ac Domine, Interroga patrem  
tuum & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent ti-  
bi. Hoc ego consilium sequutus diuinum, anno supe-  
riore interrogauī maiores nostros, quotquot ex anti-  
quis Bibliothecis conquirere potui, quidnam senserint de institutis  
Christi & Apostolorum eius, de fide & sacramentis Religionis no-  
stræ, de ritibus & præceptis Ecclesiæ: de quibus tot nunc dubia di-  
sparguntur in populū dei à plerisque uane inflatis scientia hominibus.  
Nec destiti, donec colligerem testimonia singulorū, secundum or-  
dinem à Clemente primo usque ad Gregoriū primum, eaque ex multis  
ac diuersis codicibus, & quidem uetustissimis, magno sanè labore,  
tum quod codices plerumque essent lectu difficiles, tum quod multi erant cō-  
ferendi de uerbo ad uerbum, quo certius ac emendatius excriberen-  
tur omnia. Quoniā uero longū esset, singulorū scripta nunc uel ede-  
re uel legere, inter tot Reipublicæ turbatæ negotia: consultū uide-  
tur mihi, eos tantummodo proferre nunc testes, qui Christū ipsum  
& Apostolos eius in carne uidere potuerūt, & qui prima post Apo-  
stolos Ecclesiæ gubernacula tenuerunt: ij sunt, Clemens & Ana-  
cletus, quorū hic presbyter, ille Episcopus à S. Petro est ordinatus.  
Adieci & eorū successorē Euaristū. Ne quis uero hos, uelut Papi-  
stas antiquos (uti scurrantur nonnulli) dicat in causa ista suspectos,  
addidi duos alios testes, coæuos quidē illis, sed Græcos, & quidem  
fide dignissimos, Dionysiū & Ignatiū: quorū hic & Petro successit  
in Episcopatu Antiocheno & Iohannis Euangelistæ discipulus fu-  
it: ille XXV, annorū ætatis fuit quādo Christus pendebat in cruce.  
Conuersus



Conuersus deinde à Paulo, ordinatus est ab eo Atheniensium Epi-  
scopus, missus tandem à Clemente in Gallias, iactis fidei fundamē-  
tis, martyrio doctrinam suam confirmauit. Hos ergo testes, post sa-  
cræ scripturæ testimonia, fide dignissimos, Serenitati tuæ ac reliquis  
Romani imperij Principibus ac Proceribus in Spirensi conuentu  
cōgregatis exhibeo supplex, ut eo planius cognoscatis, quid super  
ijs dubijs, quæ quidam male feriat de fide Ecclesiæq; institutis mo-  
uēt, decernēdum sit, quo aperti⁹ astipulari uidebitis hos testes anti-  
quissimos Catholicis Concilioꝝ decretis. Nemo profecto iure po-  
terit hoc testes reiicere: Nam & codices ipsi, è quibus hæc excripta  
sunt, antiquissimi sunt ac ipsa uetustate uenerandi, & ante CCC. an-  
nos plurima eorum dicta reuerenter citata sunt à Gratiano in De-  
cretis. Quinimmò ante Mille annos sub Theodosio Iuniore ita  
decretum est publica authoritate in Concilio V asensi. Ex epistola  
(inquit Canon sextus) sancti Clementis utilia & præsentī tempore  
Ecclesiis necessaria sunt honorifice proferēda, & reuerētia ab omni-  
bus fidelibus ac præcipue Clericis recipienda. Ex quibus quod spe-  
cialiter placuit propter uenerandam antiquitatem, statutis præsen-  
tibus roboram⁹, quod supradict⁹ Martyr de beatissimi Petri Apo-  
stoli constitutione commemorat &c. Hos igitur patres antiquos &  
maiores nostros interroga Serenissime Princeps, an sedi Apostoli-  
cæ credendum ac obediendum sit, An Episcopi & presbyteri sint  
Idola rasa & oleata, ut scurrantur nunc Lutherani, an in uenerabili  
sacramento Eucharistiæ sit corpus & sanguis Christi, an missa sit sa-  
crificium, an septem sint sacramenta, an homini liberum sit arbi-  
triū, & id genus alia, quæ patres isti fideliter annuntiabunt tibi alijsq;  
pijs Principibus qui aures audiendi habent. Boni ergo consule Pie-  
tissime Princeps ac Domine Clementissime hanc editionem, quæ  
nomini tuo deuotissime nūcupatur, ex intimo, quo Pietatem tuam  
prosequor, amore ac obseruantia. Bene uale summum Germaniarū  
Hispaniarumq; cum Cæsare Decus & Præsidium, Ex Moguntia  
III. Calendas Iunij Anno salutis M D XXVI.

Cōcilium Va-  
sense cap. 6.



# 2 ELENCHVSCA

## PITVLORVM PRIMAE EPISTOLÆ

læ B. Clementis Papæ & Martyris.

- 1 De laudibus & prærogatiuis B. Petri apostolorum principis.
- 2 De ordinatione Clementis à Petro facta coram fratribus.
- 3 Quibus rationibus persuasit & coegit Petrus Clementem, honorem Cathedræ suscipere.
- 4 Ne curis secularibus occupetur Episcop⁹, sed insistant uerbo dei & regimini Ecclesiæ.
- 5 De presbyteris, ut castitatis ac pudicitie curā in populo gerant.
- 6 De fugienda fornicatione & adulterio.
- 7 De charitate fraterna & cura presbyterorum.
- 8 Vt fratrum negotia non apud Cognitores seculi, sed apud presbyteros iudicentur.
- 9 Vt iusta pondera & mensuræ ubique custodiantur.
- 10 Vt memorentur omnes futuri iudicii in fine mundi, ne peccēt.
- 11 Occulta peccata confitenda esse ei qui præest, ut ab ipso curetur confitens.
- 12 De officio Diaconorū, ut sint tanq̃ oculi Episcopi.
- 13 Quàm utile sit, sedulo audire uerbum dei.
- 14 De uisitandis ægrotis suscipiendisq; peregrinis.
- 15 Qualis esse debeat instructor Catechuminum.
- 16 Quòd Ecclesiæ status similis sit naui magnæ, per undosum pelagus homines portanti.
- 17 Vt orationes nostræ, si debeant exaudiri, bonis moribus & operibus adiuuentur.
- 18 Episcopum & suum & singulorū onus ac sollicitudinē portare.
- 19 Episcopum multis odio esse propter rigorē iustitiæ.
- 20 De obedientia & amore populi erga suum Episcopum.
- 21 Vt excōmunicati ab Episcopo uitentur ab omnibus, quo citius festinent ei reconciliari.
- 22 Vt Iacobo fratri dñi gesta Beati Petri perscribantur à Clemēte.
- 23 Quòd summa fidei Christianæ sit fides & dilectio.

De Sym⁹



- 24 De Symbolo fidei ab Apostolis cōdito. Credo i deū patrē &c.  
25 De patris & filij una essentia & coæqualitate, deq; generatione inenarrabili.  
26 De dilectione proximi duo pulcherrima præcepta Christi.  
27 Cur dilectio dicatur ualida ut mors.  
28 Quòd populus domini debeat esse docibilis & doctus.  
29 Quod sacerdotes debeant esse cæteris doctiores, ut sint lux mūdi & sal terræ.  
30 De missis à Clemente Episcopis in diuersas terras, ex præcepto Christi & Beati Petri.  
31 De primatibus in ijs locis, ubi prius apud Ethnicos erant primi flamines.  
32 De Archiepiscopis, qui successerunt in ijs locis ubi prius erant Archiflamines.  
33 De Episcopis, ut singuli in singulis ciuitatibus ordinentur, nō tamen in uillis aut castellis aut modicis oppidis.  
34 Episcopos, Apostolorum: presbyteros, LXXII, discipulorū uicem ac locum tenere.  
35 Ne Episcopi aut presbyteri accusentur à criminosis, aut infamiibus, sed tantum à coæqualibus.  
36 Ne arguantur aut iudicentur à laicis sacerdotes.  
37 Ne maiores à minoribus accusentur aut iudicentur.  
38 Eos, qui magistris & senioribus resistunt, Diabolo contra deum superbienti similes esse.  
39 Ebriosos corpore & anima mortuos esse.  
40 Ne quid agat presbyter absq; permissu sui Episcopi.  
41 De clauibus & authoritate Episcoporum in ecclesia.  
42 Ep̃os à solo dño iudicādos eē aut remouēdos, et nō ab alijs.  
43 Eos, qui uexare aut damnare Episcopos nituntur, à domino per prophetam damnari.  
44 Dominum lædi læsis Episcopis, quia eius legatione funguntur.  
45 Vt Ep̃i assidue p̃dicēt, & bonis operib⁹ corā hominibus luceāt.  
46 Vt eis omnes principes terræ ac cuncti homines obediant, eisq; capita sua submittant.  
47 Homicidiorū tria esse g̃na, interfectionē, detractionem & odiū.  
48 De optimis uitæ institutis, à Beato Petro traditis.



- 49 De obedientia Episcopis in omnibus exhibenda, ne reprehenda-  
tur, nisi in fide errauerint.
- 50 De timore domini ab omnibus custodiendo, ut in eo uiuamus.
- 51 De bonis operibus fidei superaddendis, ex dei gratia nostrorum ar-  
bitrio procedentibus.
- 52 Vt potius per uiam mandatorum dei curramus quam per inanes quaes-  
tiones tempus teramus.
- 53 Eos, qui Episcopos & Ecclesiastica decreta negligunt aut conte-  
mnunt, dei iudicio aeternaliter damnari.

## ✠ EPISTOLA CLE- MENTIS AD IACOBVM FRA- trem domini de obitu S. Petri & ordinatione sua.



I.  
Matth. 16

primitiae

LEMENS IACOBO DOMI-  
no & Episcopo Episcoporum, regenti He-  
braeorum sanctam ecclesiam Hierosolymam, sed  
& omnes ecclesias, quae ubique dei prouidentia  
fundatae sunt, Cum Presbyteris, Diaconibus,  
& caeteris omnibus fratribus, Pax tibi sit semp.  
Notum tibi facio domine, Quia Symon  
Petrus, qui uerae fidei merito, & integre pra-  
dicationis obtentu, fundamentum esse ecclesiae diffinitus est. Qua-  
de causa etiam domini ore cognominatus est Petrus, Qui fuit primus  
primi-  
tiae electionis domini, Apostolorum primus. Cui & primo deus pa-  
ter filium reuelauit, Cui & Christus competenter beatitudinem contu-  
lit, Qui & uocatus est & electus, & conuiuia domini & comes effe-  
ctus, tanquam bonus & probatissimus discipulus, Qui Occidentis  
obscurioris Mundi plagam, uelut omnium potentior, inluminare pra-  
ceptus est, Quique & integre potuit implere praecceptum. Sed quousque  
sermonem protraho, refugiens indicare quod triste est: quod quidem  
necesse est licet tarde proferre. Hic denique ipse Petrus, qui pro immen-  
sa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni  
fiducia, aduersante etiam Tyranno totius Mundi, bonum praedicat  
re non



# EPISTOLA I.

re non destitit, & regem omnium seculorum per orbem terræ & usque ad ipsius Romanæ urbis huius notitiam, ut etiam ipsa salua retur, inuexit.

Hic inquam pro pietate patiando uolens præsentē uitam finiuit. In II.  
 ipsis autē diebus, quibus uitæ finē sibi imminere præsensit, in conuē  
 tu fratrum positus, apprehensa manu mea, repente consurgens, in au  
 ribus totius ecclesiæ hæc protulit uerba. Audite me fratres & con  
 serui mei, Quoniam ut edoctus sum ab eo, qui misit me, domino &  
 magistro Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementē hunc Epi  
 scopum uobis ordino. Cui soli meæ prædicationis & doctrinæ Ca  
 thedrā† trado, Qui mihi ab initio usq; in finē comes in omnib⁹ fuit, crede  
 & p hoc ueritatē totius meæ prædicationis agnouit, Qui in omnibus  
 tentationibus meis socius extitit fideliter perseverans, Quē præ cæ  
 teris expertus sum, deum colentem, homines diligentem, castum, di  
 scendi studijs deditū, sobriū, benignum, iustum, patientem, scientē  
 ferre nonnullos, etiam ex his qui in uerbo dei instituuntur, iniurias.  
 Propter quod ipsi trado, à domino mihi traditam, potestātē ligandi  
 & soluendi: Vt de omnibus† quibuscunq; decreuerit in terris, hoc quodcumq;  
 decretum sit & in coelis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet  
 quod expedit solui, tanq̃ qui ad liquidum ecclesię regulam nouerit.  
 Ipsum ergo audite, scientes, Quia quicunq; contristauerit Doctore  
 ueritatis, peccat in Christū, & patrē omnium exacerbat deum: pro  
 pter qd & uita carebit æterna. Ipsum aut, qui præ est cæteris, oport  
 tet Medici uicē agere, & non feræ bestię furore cōmoueri.

Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabā, excusans me, III.  
 & declinans honorem Cathedræ uel potestatem. At ille respondēs:  
 Pro hoc (inquit) ne me rogaueris. Hoc enim fieri statutum est mihi,  
 & eo magis quo excusas. Quia hæc Cathedra eū, qui cupit eā & au  
 dacter expetit, nō requirit: sed ornatū moribus, & in uerbis eruditū.  
 Quod si esset alius melior, aut si quis mihi alius adiutor tam sedulus  
 adstitisset, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset, Sed  
 & ecclesiasticas dispositiones tam plane didicisset, habens alium  
 talē, non te cogerē, bonum opus suscipere nolentē. Superfluū est er  
 go alium quærere, cum primitias eorum, qui ex gentibus per me sal  
 uantur, & præcipue huius urbis, te primū obtulerim deo. Sed & ali  
 ud intuere, Quia si periculū peccati times suscipere, refugiēs eccle  
 siæ guber



## CLEMENTIS

fia gubernacula. Certus esto, quia amplius peccas qui populū dei,  
 uelut in fluctibus positū & periclitantē, cum possis iuuare, subterfu-  
 gis, tui tantūmodo habens considerationē, & non quod in commu-  
 ne omnibus expedit prouidens. Sed certus esto, q̄ necesse est, te su-  
 scipere omne periculū, Quia nec ego pro salute omniū obsecrando  
 cessabo. Quanto ergo mihi citius adqueueris, tanto me citius labo-  
 res & tristitiā meā mœrore releuabis. Noui etiā hoc Clemens, q̄  
 tibi tædia & molestias, pericula etiam & opprobria, ineruditi uulgi  
 † indocilibisq; conciliem: quæ tu tamen, scio, q̄ constanter & fortiter  
 feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præ-  
 parat coronam. Sed & illud cupio, te mecum iusta ratione perspicere  
 re: quando maxima opera tua indiget Christus, nūc, cum inimicus  
 aduersus sponsam eius commouet bellū: an in futuro tempore, quā-  
 do iam Christus post uictoriam triumphabit, nec ultra ullius opera  
 indigebit? Quis non etiam parui sensus intelligat, q̄ istud est tempo-  
 ris, in quo operā tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præ-  
 senti necessitate præbe operam tuam, & auxilium in prælijs exhibe  
 Regi optimo, remunerationes magnificas post uictoriā reddituro.  
 Libenter ergo suscipe Episcopatus officium, eo maxime, quod ec-  
 clesiasticas dispositiones à me probabiliter didicisti: ut salus eorum,  
 dominum qui per nos confugerunt ad † Deum, nequaquā uacillet. Veruntamē  
 & breuiter de ipsius dispensationis ordine corā omnibus commo-  
 nere te necessarium duxi.

III. Te quidē oportet inreprehensibiliter uiuere, & summo studio niti,  
 ut omnes uitæ huius occupationes abiicias: ne fideiussor existas, ne  
 aduocatus litium fias, ne ue in ulla alia occupatione prorsus inuenia-  
 ris mundialis negotij occasione perplexus. Neq; enim iudicē aut co-  
 gnitorem secularium negotiorum hodie te ordinare uult Christus:  
 ut ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis uerbo dei  
 uacare, & secundū ueritatis regulam secernere bonos à malis. Hæc  
 † tantaq; opera, quæ tibi minus cōgruere, superius exposuimus, ex-  
 hibeant sibi inuicem † Dicentes, Id est Laici. Et te nemo occupet ab  
 his studijs, per quæ salus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis  
 crimen est, neglectis uerbi dei studijs, sollicitudines suscipere secula-  
 res: Ita unicuiq; Laicorum peccatū est, nisi inuicem sibi etiam in his,  
 quæ ad communis uitæ usum pertinent, operam fideliter dederint.

Te uero



## EPISTOLA I.

Te uero securum facere † ex his, quibus debes, uacantē, omnes cō & muniter elaborent. Quod si forte à semetipsis hoc Laici non intelligunt, per Diaconos edocendi sunt, ut tibi solius ecclesiæ sollicitudines derelinquant, quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, & ueritatis uerbo abundantius & studiosius deservire. Si enim Mundialibus curis fueris occupatus, & te ipsum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad salutem pertinet, plenius singulis quibusq; distinguere. Et ex eo fit, ut & tu, tanquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, † deponaris, & discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco tu quidem ad hoc solum uacato, ut oportune & sine intermissione doceas uerbum dei, per quod salutē consequi possint: Illi uero cum tanta reuerētia tua uerba suscipiāt, ut sciant, Legatum te & præconem esse ueritatis: & quodcunq; ligaueris super terram, esse ligatum & in cœlo. Et quodcunq; solueris, etiam ibi esse soluēdum. Quoniam quidem & tu (ut dixi) quæ oportet ligabis, & quæ expedit solues, & ad te quidem, qui præes, ista sint monita, & his similia.

Ad Presbyteros uero sint ista. Ante omnia, ut pudicitie studentes, V. adolescentes nuptiis iungant, quo calorem feruentis ætatis coniugali lege præueniant. Sed ne in prouectioribus quidem curam habere huiusmodi negligant. Quia in multis etiam cum senuerit corpus, concupiscentia uiget. Ne forte ergo fornicationis labes, occasione accepta, tanquam uenenum pessimum serpat in uobis, cauere & anteuenire necessarium est: Ne quod in uobis adulteri occultum cale scat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum nanque in pœnis obtinet locum. Quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant à Deo, etiā si sobrie uixerint. Propter quod uos o presbyteri ecclesiam excolite, & adornate sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico omnem ecclesiæ congregationē. Quæ si pudica fuerit inuenta à sponso suo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur. Et uos, uelut ministri sponsæ, & amici sponsi, ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si uero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem, tanquam indigna non tradetur regalibus thoris. Vos autē † pœnam dabit, si forte per negligentiam uestram uel desidiam obrepserit contagio sæua peccati. Idcirco igit ante oia sobrietatis & pudicitie sollicitudinē gerite.

b

Valde



## CLEMENTIS

Valde enim apud deum graue crimen dicitur fornicatio. Cuius species sunt quidem plures, sicuti uobis & ipse Clemens diligenter exponet. Veruntamen prima species adulteri est, uirum propria uxore solummodo non esse contentum, & mulierem non proprio tantum seruare se uiro.

**VII.** Si ergo castus fuerit quis, potest & humanus & misericors fieri, per quod & ipse æternam à Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulteri uenenum cunctis malis perniciosius est, Ita amor fraternus & charitas, totius boni fastigiū tenet. Et ideo diligite omnes fratres uestros, & cum religiōe ac misericordia respicite ad omnes. Orphanis exhibete uosmetipsos parentes, uiduis uirorum curam impendite, cum omni castitate, quæ necessaria sunt præbentes. Iuniores tamen uiduas nuptiis copulate. His qui ignorāt artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus uictum necessarium quærant. Artificibus uero opera præuidete, debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos uos, si charitatē præ cæteris & ante oīa in uestro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum, si frequenter inter uosmetipsos communem cibum uestrum mensamq; faciatis. Et in quantum unusquisq; præualet, crebrius panes ac sales suos cum suis fratribus sumat. Per hæc enim & præcipue charitas comparatur, & causa totius boni in huiuscemodi cōmunionē cōsistit. Vbi autem pax & bonitas, ibi & salus. Propter quod communes facite cibos uestros cum his qui secundum deum fratres sunt. Quia per hæc temporalia officia, pacis & charitatis fructibus gaudia æterna † merebimini. Multo autē sollicitius esurientes reficite, & sitientibus potum date, nudis uestimentum, ægros uisitate, & eos qui in carcere sunt pro ut possibile est iuuate, peregrinos satis prompte in domibus uestris suscipite. Et ne omnia nunc singulatim dicam, omne bonum ipsa per se, quæ in uobis fuerit, charitas facere uos docebit. Sicut e contrario eos, qui à salute alieni sunt, omne malum facere, odium docet.

**VIII.** Si qui ex fratribus negotia habent, inter se, apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud presbyteros ecclesiæ quicquid illud est dirimatur, & omni modo obediant statutis eorum.

**IX.** Super omnia nunc auariciam fugite, quæ homines, occasione præsentis lucri, ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro

mercaminum.

II. q. I. c. Si qui



## EPISTOLA I.

pro locis quibusq; æq̃ssima custodite. Deposita fideliter restituite. Quæ omnia, & si qua sunt his similia, ita demum solícite & diligenter implebitis, si futurum dei iudicium sine intermissione in uestro corde uoluatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos dei iudicium ponat? quod in fine Mundi certum est agitandum, ut tandem qui bene in hac uita egerunt, consequantur reposita bona: peccatores autem, ut consequantur præparatas & reconditas alibi pœnas. De quibus ita fore in futurum dubitare omnino nõ possumus. Siquidem hæc omnia ita esse uentura, uerus nobis propheta prædixit. Vnde & uos, qui estis ueri prophetæ discipuli, abijcite à cordibus uestris ante omnia discordias, & animorum dissensiones: Ex quibus omne opus malum procedit: Et benignitatem & simplicitatem tota mente seruate.

X.

Matth. 24.

Quod si forte alicuius cor uel liuor uel infidelitas ex his, quæ superius memorauimus, latenter inrepperit, non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per uerbum dei & consilium salubre curetur,† quo possit fide integra & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetua uitæ præmia peruenire.

XI.

Cōfiteñtū præ  
lato,

qui

Diaconi uero ecclesiæ, tanq̃ oculi sint Episcopi, oberrantes & circumlustrantes cum uerecundia actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligentius, si quem uideant uicinum fieri præcipitio, & proximum esse p̃ctō: ut referat hæc ad Episcopum, & commoneri ab eo possit is, qui in præcipitiu lapsus est, ut reuocetur, & nõ corruat, in peccatum.

XII.

Dist. 93. c. diaconi.

Negligentiores quoque ad eos, qui rarius ad audiendum uerbum dei accedunt, nec solícite ad episcopi tractum conueniunt, ipsi commoneant & hortentur. Si enim assidui sint ad audiendum, nõ solum uitæ æternæ ex salubri commonitione capiunt lucra, uerum et quæcunque illæ sunt tristitiæ uel mœrores, quæ ex præsentis uitæ necessitatibus & cladibus temporis ueniunt, quæcūq; sermonibus suis in corde uelut iacula defixa circumferunt, abijciunt oia p̃dicatione ueritatis & uitæ æternæ doctrina, & eruditione† purgationis. Alioquin si multo tpe auditu subtrahant à uerbo dei, et remaneant à cultu, uitiorum sine dubio spinis erunt ac sentibus occupati. Et quid aliud nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo, ut diximus,† Diaconis cura sit.

XIII.

purgata.

Diaconibus.



# CLEMENTIS

**XIII.** Sed & eos, qui secundum carnem ægrotant, solícite perquirant, & plebi, si forte ignorant, indicent de his, ut & ipsi uisitent eos, & quæ necessaria sunt, præbeant eis cum conscientia eius qui præest. Quod tamen etiam si clàm fecerint, non peccabunt. Sed & de Peregrinis similiter Episcopo suggerant refouendis, & cætera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinã eius pertinent, Diaconis cura sit.

*catechizant*  
**XV.** Qui catechizant, id est, qui uerbo instituunt incipientes, primo oportet, ut ipsi instructi sint: De anima enim agitur hominũ: & oportet eum, *s. q. i. c. Opor.* qui docet & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discen-  
tium semetipsum possit aptare, & uerbi ordinem pro audientis capa-  
citate dirigere. Debet ergo ipse apprime esse eruditus & doctus, in-  
reprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabitis fore Cle-  
mentem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis,  
quæ unusquisque habere debeat, prosequar. Veruntamen illud est,  
quod præ cæteris ab omnibus uobis cupio in commune seruari: ut  
concordiam teneatis, per quam solum potestis portum quietis intra-  
re, & ciuitatem Regis summi, quæ pax nominatur, habitare.

*Proreta cu-  
stos nauis in  
prora.  
Epibatæ bella  
tores in re nau-  
tica.*  
**XVI.** Similis namq; est omnis ecclesiæ status nauis magnæ, quæ per undosum pelagus, diuersis è locis & regionibus uiros portat, ad unam po-  
tentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius domi-  
nus ipse omnipotēs Deus: Gubernator uero sit Christus. Tum de-  
inde Proretæ officium Episcopus impleat, Presbyteri nautarum,  
Diaconi dispensatorum locum teneant. Hi qui catechizant, Nauisto-  
logis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit  
similis. Ipsum quoq; mare hic mundus habeatur. Ventorum uero  
uarietates & turbines, mundi diuersis tentationibus conferant. Per-  
sequutiones, tribulationes, siue pericula, fluctibus exæquentur. Ter-  
reni uero spiritus, qui uel de torrentibus uel de conuallibus spirant,  
Pseudoprophetarum & seductorum seu prauæ doctrinæ uerba  
*docentur* & dicantur. Promontoria uero & loca confragosa, hi qui in potesta-  
tibus seculi sunt iudices, & pericula minantur ac mortes. Bithalassa  
uero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus uerberantur in du-  
bijs mente, & à repromissionum ueritate nutantibus conferantur,  
Atq; his, qui in rationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypo-  
critæ uero & dolosi Piratis similes habeantur. Iam uero rapidus uor-  
tex & Tartarea Charybdis, & saxis inlisa naufragia ac mortiferæ  
submersio



## EPISTOLA I.

submerfiones, quid aliud æstimanda sunt quàm peccata.

XVII.

Restat igitur, ut hæc nauis cursu prospero tuto possit portū desideratæ urbis intrare, ita deo precem fundere, ut nauigātes mereantur audiri. Audiri autem à deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus & bonis operibus adiuuentur. Sed ante omnia, cum quiete & silentio Epibatae, Id est Laici, & in suis unusquisque resideat locis: ne forte per inquietudinē & inconditos inutilesq; discursus, si passim uagari cœperint, uel ab officio suo nautas impedian, uel in alterum latus per inquietudinem eorū nauis pressa demergatur. Nauitologi de mercedibus commoneāt, & nihil omnino quod ad diligentiam uel ad disciplinam pertinet, Diaconi negligāt. Presbyteri, uelut naute, aptent singula ad instructionem nauis diligenter & instruant, quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus, tanq̃ Proreta, uigilanter & solcite Gubernatoris uerba custodiat Christi. Saluator dominus, gubernator ecclesiæ suæ, diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac iussis credat & obediat omnis ecclesia. Deo quoque indefinenter supplicetur à cunctis de prosperitate uentorum, ut nauigantes omnem tribulationem & omne periculū superent: tanq̃ in mare profundum mundi istius & uitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoq; ferendam, morbos etiā corporis & ægritudines tolerandas. Insuper † hominum insidias ac dolos, sæpe laborandum. Quippe qui dispergendos se nonnunq̃ nouerint, sed aliquando etiam congregandos. Vomitus quoq; & suggillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum & reiectione criminum, uelut † maris congregati in uisceribus fellis iactura facienda est, & abiicienda prorsus è corde omnis intrinsecus, quæ latet, amaritudo peccati, si qua forte ex desiderijs iniquis, uelut ex cibis noxijs, congregata est. Quam utiq; cum euomuerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis morbo, Si tamen post uomitum quæ ad sanitatem pertinent, sumat.

& inter

male

Veruntamen scitote cuncti, quod supra omnes uos laborat Episcopus, Quia unusquisque uestrum suum proprium fert laborem, Ille uero & suum & singulorum. Propter quod ô Clemens, tanquam qui omnibus præesse te noueris, singulos (prout poteris) iuuas, & singulos releuas, Qui & singulorum onus ac sollicitudinē portas. Vnde & ego nunc hanc tibi iniūgens dispensationem, scio, quia accipiam

XVIII.



# CLEMENTIS

a. Timo. 4 gratiam magis q̄ præsto. Sed esto confidens, & fortiter ferens, certus, quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc prouexeris nauem, ubi mercedes & præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate uigilaueris.

**XIX.** Itaq; si te multi è fratribus, propter rigorem iustitię, odio habuerint: ex hoc quidẽ non læderis, sed ex huiuscemodi odijs amor tibi conciliabitur dei. Et ideo satage magis & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à pessime agentibus diligaris: sed potius propter iustitię dispensationem, & æquissimam regulam disciplinæ, à Christo conlaudari merearis.

**XX.** Hæc cum dixisset & his similia q̄ plurima, rursus respiciens ad populum, dixit: Sed & uos fratres charissimi & conserui mei, huic, qui præfidet uobis ad ueritatem docendam, in omnibus obedite, scientes, q̄ si quis hunc contristauerit, Christum, qui ei credidit Cathedrã, non recipiet. Et qui Christum non suscepit, nec deum patrem suscepisse iudicabitur. Et ideo nec ipse suscipietur in regno cœlorum. Propter quod satagite ad omnem collectam & congregationem semper conuenire, ut non uelut negligentes & desides à iudice Christo condemnemini. Conuenientes uero semper ad Clementem, date omnes operam, pro ipso sentire, & summo studio fauorem uestrum erga ipsum dependere. Scientes, quia propter singulos & suos ipsi magis soli & infestat inimicus, & in ipsum maiora suscitatur bella. Oportet ergo uos summo studio niti, ut omni erga illum uinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed uos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pariter consensu & unanimitate possitis. Propter quod & uos salutem consequi, & ille possit obtemperantibus sibi uobis promptius impositi honoris pondus euehere.

**XXI.** Quædam etiã ex uobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest euidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: Si inimicus est alicui pro actibus suis, uos nolite expectare, ut ipse uobis dicat: Cum illo nolite amici esse: Sed prudenter obseruare debetis, & uoluntati eius absq; commotione obsecundare, & auertere uos ab eo, cui ipsum sentitis auersum. Sed nec loqui debetis his, quibus ipse non loquitur: Vt unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium uestrum amicitias ferre, festinet

Luc. 10  
Iohan. 13

uos  
infestus est

Distin. 93. c. Si  
inimicus  
Item. 11. q. 3. Si  
inimicus.



## EPISTOLA I.

festinet citius reconciliari ei qui omnibus praeest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire coeperit monitis praesidentis. Si uero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis, qui exterminare dei Ecclesiam + uolunt: & cum corpore uobiscum esse uiuoluit deatur, mente & animo contra uos est, & est multo nequior hostis hic quam illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt gerit, & ecclesiam dissipat ac uastat.

Et cum haec dixisset in medio coram omnibus, manus mihi imposuit, XXII.  
& in Cathedra sua ingenti uerecundia fatigatum sedere me compulit. Cumque sedissem, haec ad me rursus loquutus est: Deprecor te Clemens, coram omnibus qui praesentes sunt, ut posteaquam, sicut naturale debitum est, uitae praesentis finem fecero, Iacobo fratri domini descripta breuiter + uel quae ad initium fidei tuae spectant, uel etiam quos ante fidem animos gesseris. Sed & qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itinerum & actuum fueris, quaeque per singulas ciuitates me disputante sollicitus auditor exceperis, quique in praedicationibus meis uel uerborum fuerit ordo uel actuum: Sed & qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia, quae potes breuiter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec uerearis, ne forte multum de meo exitu contristandus sit, cum me id pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatiu, si didicerit, quod post me non imperitus aliquis aut indoctus atque ignorans, diuini uerbi ministerium, & ecclesiastici ordinis disciplinam, uel doctrinae regulam nesciens, suscepit Cathedram meam. Scit enim quia si indoctus istius officium Doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores, ignorantiae + tempestatibus inuoluti, in interitum demergentur. tenebris  
Vnde & ego, mi Domine Iacobe, cum haec ab eo praecepta susceperim, necesse habui implere quod iusserat. Indicans tibi, & de ipsis simul & de illis breuiter comprehendens, quae per singulas quasque urbes digrediens, aut in praedicationis sermone protulerit, aut in gestorum uirtute perfecit. Quamuis tibi de his plurima iam & plenius ante descripta, ipso iubente, transmiserim sub eo titulo, quem ipse praecepit adfigi. Id est, Clementis itinerarium praedicationis Petri.

Sed



# CLEMENTIS

**XXIII.** Sed & nunc exponere iam quæ præcepit, domino opem ferente, incipiā. Pœnitemini (inquit) & ueram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines, qui Christiano censentur uocabulo, Patrem & filiū & spiritum sanctum, unum deum & dominum ueraciter credere & confiteri, eumq; toto corde & tota mente & tota uirtute diligere, & proximos suos tanq̃ semetipsos, docibiles usq; ad perfectam doctrinam. Ad hæc perficienda, summopere festinare oportet. Fides em̃ & dilectio totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem place re deo nemo poterit.

Matth. 22.

Gal. 5.

Heb. 11.

**XXIII.**  
Symbolū apo  
stolorum.

Christo itaq; resurgente, & ascendente in cœlum, misso sancto spi ritu, conlata apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi, Sym bolum, quod fidelis nunc tenet ecclesia, unusquisq; quod sensit dicē do, condiderunt: Vt discedentes ab inuicem, hanc regulam per oēs gentes prædicarent. Summum ergo totius fidei Catholicæ recēsen tes, in qua & integritas credulitatis ostenditur, Et unius dei omnipo tentis, id est sanctæ Trinitatis, æqualitas declaratur, & mysteriū in carnationis filij dei, qui pro salute humani generis à patre de cœlo descendens, de uirgine nasci dignatus est. Quoq; ordine uel quādo pertulerit, quomodo sepultus surrexerit, et in carne ipsa cœlos ascē derit, ad dexterāq; patris confederit, & iudex uenturus sit, & quali ter remissionem peccatorum, sacro baptis mate renatis contulerit, et resurrectionem humani generis, quæ in eadem carne, in uita æterna futura sit, docuerūt. Symbolū em̃ græce, latine cōlatio dicitur. Quia hoc prædicti sancti Apostoli inter se per spiritum sanctum salubri ter (ut dictum est) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc qui recte crediderit indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ conti nentur in præfato symbolo, salus animarum & uita perpetua bonis actibus preparatur. Ergo quod in primordio eiusdē symboli præpo nitur. Credo in deum patrem omnipotentem. Præclarum fidei testi monium & fundamentum in prima fronte monstratur. Quia salus ei esse poterit, qui recte crediderit. Credere enim oportet accedentē ad deum, quoniam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē. Vnde ait propheta: Credidi propter quod locut⁹ sum. Et illud: Iustus ex fide uiuit. Et nisi credideritis, nō intelligetis. Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor hominis ad effe ctum uenire credatur. Vnde credēdum est in deum, à quo tam præ sens

Heb. 11.

Roma. 10.

Psal. 115.

Ro. 1.

Esa. 7.



# EPISTOLA I.

sensu ita quàm futura tribuatur.

Deus autē appellatio est substantiæ sempiternæ siue timoris diuini. Igitur deus sine principio, sine fine, simplex incorporeus, & incomprehensibilis. Patrem aut cum audis, agnosce, q̄ habeat filiū ueraciter genitū. Sicut possessor dicit, qui aliqd possidet. Et dñs, qui habet cui dñetur. Deus ergo pater secreti sacramenti uocabulū est. Cuius uerè filius est uerbum, & speculū & character, & imago uiuens patris uiuentis. In omnibus coequalis. Nec quærat quō genuit filiū, quod & Angeli nesciūt, Prophetis incognitū est. Vnde illud dictū est: Generationē eius quis enarrabit? Quam secretā originē cū proprio filio nouit ipse solus qui genuit. Nec à nobis discutiendus est, sed credendus. Quia in nobis ipsis nescimus quod sapimus, quō sapientia, ingeniū aut intellectus, consiliū aut mēs nostra generat uerbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorem, sicut ait propheta: In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te. Et illud: Hic deus noster, & non reputabitur alter ad eum. Et post in terra uisus est, et inter homines cōuersatus est. Diligere ergo deū unūquēq; ex toto corde & ex tota anima (ut præfixū est) & ex tota fortitudine oportet. Et proximum tanq̄ seipsum: Respōdente dño cuidā scribarū ac dicēte. Primū omnium mādatum est: Audi Israēl, Dñs de⁹ tuus deus unus est, & diliges dñm tuum ex toto corde, & ex tota anima tua, et ex tota mēte tua, et ex tota uirtute tua. Hoc est primum mādatum. Secūdum aut simile est illi. Diliges proximum tuum tanq̄ teipsum. Maius horū aliud mādatum nō est, quod maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs.

Vnde et in ueteri testamēto scriptū habetur: Quod tibi fieri nō uis, alteri ne feceris. Et dñs ait. Oīa quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, et uos facite illis similiter. Quibus utrisq; mādati, per unū malitia cōpescit, & per aliud benignitas propagatur: Vt ne malū q̄ sinferat, sed bonū impēdat. Primū, ut caueat lædere. Secūdum, præstare. Si enim fratrem, quem uides, non diligis: Deum, quem nō uides, quomodo potes diligere? Sic ergo docet nos exercere curam nostram, ut nō omittam⁹ curam proximi. Et sic diligere nos, ut nō negligatur dilectio proximi.

Quia dei dilectio morti comparat, dicente sapientia: Valida est dilectio ut mors. Idcirco, q̄ sicut mors uiolēter separat animā à corpore, Ita

XXV.

Esa. 53.

Psal. 109.  
Baruch. 3.

Matth. 22.

Deut. 6.

Mar. 12.

XXVI.

Leui. 19.

Matth. 7.

1. Iohan. 3.  
nostri

XXVII.

Cant. 8.

c

re, Ita



# CLEMENTIS

Iohan. 14. **re.** Ita dilectio dei uiolēter separat à mundano et carnali amore. Qui enim (dñs inquit) diligit me, mādata mea seruabit. Nam qui praecepta dei cōtemnit, deum nō diligit. Vnde scriptū est: Nolite uos putare, ut maneatis in dilectione mea, si nō seruaueritis praecepta mea. Neq; enim regem diligimus, si odio leges eius habemus. Neque ex toto corde poterit ille deum diligere, qui noscitur in proximi corrue re dilectione. Quia per dilectionem proximi peruenitur ad charitatem Christi. Quoniam (ut praelibatum est) his duobus praeceptis tota lex pendet & prophetæ.

**XXVIII.** Docibiles ergo, qui perfecte docti nō sunt, ad hęc peragenda oportet omnes esse, ut & ipsi docti sint, & alios prudenter instruere, et perfecte possint docere iuxta Danielelem prophetam, qui ait: Populus autem sciens dominum suum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos. Omnes enim docibiles (ut iam dictum est) Qui docti non sunt, esse oportet.

**XXIX.** Sed & sacerdotes doctiores cæteris populis fore docebat. Quia si cæcus cæco ducatum præbet, ambo in foueam cadunt. Sacerdotes uero, sal terræ & mundi lumen docens, præcepit, in splendore operum patrem glorificare deum. De quibus & dominus ait: Beati estis, cū maledixerint uobis, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos. Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & cōculcetur ab hominibus. Non potest ciuitas abscondi, supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant bona uestra opera, et glorificent patrem uestrum qui est in cœlis.

**XXX.** Episcopos autem per singulas ciuitates, quibus ille non miserat, per doctos & prudentes ut serpentes, simplicesq; sicut columbas, iuxta domini præceptionē, uobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoauimus & domino opem ferente facturi sumus. Vos autem per uestras Dioceses episcopos sacrate & mittite. Quia nos ad alias partes, quod idem iussit, agere curauimus. Aliquos uero ad Gallias Hispaniasq; mittimus, & quosdam ad Germaniam & Italiam, atq;

ad re



## EPISTOLA I.

ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociiores & rebel-  
liores gentes fore cognouerimus, illuc dirigere sapiētiores & auste-  
riores necesse habemus, qui quotidie nō cessent diuina seminare se-  
mina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem & ad uiam ue-  
ritatis perducere, ut plures manipulos domino ualeant præsentrare.  
In illis uero ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flami-  
nes eorum atque primi legis Doctores erant, Episcoporum Primate-  
tes uel Patriarchas, Beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum  
Episcoporum iudicia & maiora, quoties necesse foret negotia in fide  
agitarent, & secundum domini uoluntatem, sicut sancti constitue-  
runt Apostoli, ita ut ne quis iniuste periclitaretur, diffinirent.

XXXI.  
Dist. 80. c. 2.

In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant  
Ethnicos eorum Archiflamines, quos tamen minores tenebant  
quàm memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit: Qui  
non tantum Primatum, sed Archiepiscoporum fruerentur nomi-  
ne. Episcoporum quoque iudicia (ut superius memoratum est) &  
maiora ecclesiarum negotia, si ipsi reclamauerint, qui aut aliquem  
timorē, aut istos uel alios suspectos habuerint, ad iam dictos Primate-  
tes uel Patriarchas, ne aliquis † innocēter periret † trāsferri iubebat.  
In singulis uero reliquis ciuitatibus singulos, & non binos uel ter-  
nos aut plures Episcopos constitui præcepit: Qui non Primatum  
aut Archiepiscoporum aut Metropolitanorum nomine. Quia ma-  
tres ciuitatum non tenent, sed Episcoporum tantum uocabulo poti-  
rentur. Quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed  
unus omnibus præfuit. Hoc tantum prouidendum instituit, ne in  
uillis aut castellis uel modicis ciuitatibus instituerentur Episcopi, ne  
uile eorum nomen fieret.

XXXII.

nocenter  
transferre do-  
cuit.

XXXIII.

Episcopos ergo uicem Apostolorum gerere, dominum docuisse dice-  
bat, & reliquorum discipulorum uicem tenere presbyteros debere  
insinuabat. Et si quis aliquē ex his scandalizaret, grauissimā sibi poe-  
nā inferri debere prædicabat. Cunctos se inuicē diligere & adiuua-  
re debere, & neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat.  
Homicidas uero & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alli-  
gatos, & qui eis coæquales non erant, ab eorum uexatione & accu-  
satione, docente dño, prohibebat. Et nō nisi ab coæqualibus aliquid  
sanctis debere docebat inferri. Quia discipulum super Magistrū

XXXIIII

XXXV.  
6. q. 1. c. Beat⁹  
Petrus.



# CLEMENTIS

Matth. 10  
legis esse, aut ullam ei iniuriam inferre, nullatenus debere oportet. Infames namque omnes, & quos Primates leges seculi non suscipiunt, sed & Laicos ab eorum accusatione & uexatione semper repelli debere rogabat, & cunctos sibi subditos esse præcipiebat.

XXXVI. Cunctorum sacerdotum uitam superiorem sanctioremque, ac discretam à secularibus & Laicis hominibus esse, & spirituales atque sacerdotes, super Carnales & Laicos semper constituere, & fore debere docebat. Quoniam pro minimo nobis esse debet, ut à talibus arguamur & iudicemur, uel ab humano die.

XXXVII. Maiores uero à minoribus nec accusari nec iudicari ullatenus posse dicebat. Quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges seculi inhibere docebat. Omnes ergo legum diuinarum libenter uiolatores, & sacrarum institutionum uoluntarie perturbatores, ecclesiastica indignos regula & sancta communiōe iudicabat. Operatores uero earundem, eisque obediētes, utrarumque ac cæterarum bonarum dignos esse dicebat,

Esa. 1 Vnde & prophetas in testimonium sumebat: Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israël non cognouit me, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, Abalienati sunt retrorsum, super quo percutiam uos ultra, addētes præuaricationem: omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Vulnus & liuor & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra uestra deserta, Ciuitates uestre succensæ igni, regionem uestram coram uobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in uastitate hostili, & derelinquetur. Væ

Esa. 5 (inquit) qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Et nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Et descendunt fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosusque eius ad eum, & incuruabitur homo, & humiliabitur uir, & oculi sublimium deprimentur, & exaltabitur dominus



## EPISTOLA I.

dominus in iudicio, & deus sanctus sanctificabitur in iustitia.  
 Carnales spiritualibus resistere prohibebat, & de his, qui ceruices suas  
 contra Magistros & seniores suos erigebant, in exemplum Diabolus  
 dicebat: Detracta est ad inferos superbia tua, cecidit cadauer tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum uermes. Quo-  
 modo cecidisti de coelo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in ter-  
 ram, qui uulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In coelum con-  
 scendam, super astra dei exaltabo solium meum, Sedebo in monte  
 testamenti, In lateribus Aquilonis, Ascendam super altitudinem  
 nubium, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris,  
 in profundum laci. Qui te uiderint, ad te inclinabuntur, teque prospe-  
 cient. Nunquid iste est uir qui conturbauit terram? qui concussit re-  
 gna? qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit? uinctis eius  
 non aperuit carcerem. Ebrietatem oppido prohibebat, & ebriosos,  
 corpore & animo mortuos esse praedicabat. De quibus & in exem-  
 plum aiebat: Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, &  
 potandum usque ad uesperam, ut uino aestuetis. Cithara & lyra & tym-  
 panum, & tibia & uinum in conuiuijs uestris, & opus domini non  
 respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Et iterum: Vae qui  
 potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebi-  
 etatem, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti au-  
 fertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, & ca-  
 lor flammæ exurit, sic radix eorum, quasi fauilla erit, Et germen eo-  
 rum ut puluis ascendet. Abiecerunt enim legem domini exercituum,  
 & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideo iratus est furor do-  
 mini in populo suo, & extendit manum suam super eum, & percussit  
 eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum  
 quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est auersus fu-  
 ror eius, sed adhuc manus eius extenta.  
 Nullum presbyterum in alicuius Episcopi Parochia aliquid agere  
 debere absque eius permissu docebat. Cunctos Presbyteros pro-  
 prijs Episcopis in omnibus obedientes, instituyente domino, esse de-  
 bere docebat. Nullum aliena concupiscere aut praesumere eorum,  
 sed unumquemque suis sibi commissis contentum esse docebat. Ne-  
 minem etiam alicui aliquid facere, nisi quod uult fieri sibi, instruebat.  
 Sanctam ergo ecclesiam immaculatam omnes seruare debere euangelium

XXXVIII.

Esa. 14.

XXXIX.

Esa. 5.

Ibidem

XL.

XLI.



# CLEMENTIS

Zach. 2

Matth. 18  
Marc. 9

Esa. 13

Esa. 61

gelizabat, Cuius claues episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere coelum & aperire portas eius, Quia claues coeli facti sunt. Amouere autem eos neminem debere docebat, Quia oculi domini sunt. Et qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius, & quanta poena dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum dominum docuisse, dicebat, ubi ait: Qui scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Vae mundo à scandalis. Neceffe est enim ut ueniant scandala. Veruntamen uae homini per quem scandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscide eum & proijce abs te. Bonum tibi est, ad uitam ingredi debilem uel claudum, quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te. Bonum tibi est unum oculum habentem in uitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Amen dico uobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in coelo. Et quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in coelo. Iterum dico uobis: Quia si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à patre meo qui est in coelis. Vbi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et iterum per prophetam loquitur, dicens: Expauit (inquit) coelum super hoc, & horruit amplius uehementer dicit dominus. O intolerabilem malignitatem. O linguam loquentem iniquitatem contra deum, & mentem in altitudine cornu extollentem. Et iterum: Impone homo tuae linguae ostium & seram. Cessa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem aduersus deum & proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum grauiter peccatis, & rei iudicio effecti, infames efficiimini, & iuste repellimini. Et iterum per prophetam loquitur dicens: Vos autem sacerdotes domini uocabimini ministri dei nostri, Dicetur uobis, fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. Pro confusione uestra duplici & rubore laudabunt partem eorum, propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & laetitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum, & dabo opus eorum in ueris



## EPISTOLA I.

in ueritate, & fœdus perpetuū feriam eis. Et sciatur in gentibus <sup>semen</sup> eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui uiderint eos, cognoscent illos, Quia isti sunt semen cui benedixit dominus: Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me uestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatā monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic dominus deus germinabit iustitiā, & laudem coram uniuersis gentibus.

Hos autem à solo domino iudicandos aut remouendos, & non ab alijs esse dicebat. Quia sui sint & non alterius. Et quis est qui alterius iudicet seruum? Nam si ista non patiuntur homines, nec deus deorum, & dominus dominantium hæc ullatenus patitur. Vnde & prophetas sibi testes esse dicebat, per quos dominus loquitur dicens: Ecce excoxi te, non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. Propter me propter me faciam ut non blasphemem, & gloriam meā alteri non dabo. Audi me Iacob & Israël, quē ego uoco. Ego ipse ego primus, & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos. Ego uocabo eos, & stabūt simul. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternū erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis iustum populum, lex mea in corde eorum. Nolite timere obprobria hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim uestimentum, sic comedit eos uermis. Et sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. Et iterum: Abscondita est uia mea à domino, & à deo meo iudicium meū transiuit. Nunquid nescis aut non audisti? Deus sempiternus dominus qui creauit terminos terre. Non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ. Qui dat lasso uirtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadēt. Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current et non laborabūt, Ambulabunt et non deficient. Taceant ad me insulæ, et gentes mutent fortitudinē. Accedant et tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.

Hos aut, qui eos uexant, aut amouere uel damnare nituntur, ipsum dominum

XLII.

Rom. 14

Esa. 40

Esa 40

XLIII.



# CLEMENTIS

dominum per prophetam damnare, & usq; ad satisfactionem eorū  
 Esa. 66. & ecclesie, damnatos esse dicebat, ubi ait: Talia elegerūt in uis suis,  
 & in abominatiōibus suis anima eorum delectata est. Vnde & ego  
 eligam inlusiones eorum, & damnationem adducā eis, qui locutus  
 sum eis, & nō audierūt, fecerūtq; malum in oculis meis, & quæ nō  
 lui elegerunt. Audite uerbum domini, qui tremitis ad uerbum eius.  
 Dixerunt fratres uestri, odientes uos, & abijcientes propter nomen  
 meum, glorificetur dominus, & uidebimus in lætitia uestra. Ipsi au-  
 tem cōfundentur. Non em̄ laborabunt frustra in cōturbatione præ-  
 sules mei, quia semē benedictionum domini est, anteq̃ clament, ego  
 exaudiam, & adhuc illis loquētibus ego audiam.

XLIII. Ad glorificandum se & diuina mandata semināda & euangelizan-  
 da, eos dominus elegit, & nō ut prohibeantur aut perturbentur, aie-

bat. Quoniā qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione funguntur.

XLV. Prædicare eos assidue, & mandata domini sine intermissione an-  
 nuntiare rogabat, Opera eorum bona coram hominibus mōstrare,  
 Matth. 5. & conscientiam bonam coram deo habere insinuabat.

XLVI. Omnes principes terre & cūctos homines eis obedire, & capita sua  
 submittere, eorūq; adiutores existere præcipiebat, ut omnes pariter

Esa. 41. fideles & co operators legis dei mōstrarētur. Ne de eis dicatur: Cō-  
 fundentur & erubescant omnes qui pugnant aduersum te, & erunt  
 quasi non sint, & peribunt uiri, qui cōtradiciunt tibi. Quæres eos &  
 non inuenies uiros rebelles tuos. Erūt quasi nō sint, & ueluti cōsum-

cōtradiciūt ptio hominis bellātis aduersum te. Omnes ergo, qui eis t cōtraeūt,  
 ita damnatos & infames, usq; ad satisfactionē, mōstrabat: Et nisi cō-

XLVII. uerterētur, à liminibus ecclesie alienos esse præcipiebat.

De poenitētia  
 dist. 1. c. Homi-  
 cidiorū.

Homicidiorum uero tria genera esse dicebat, & poenā eorū parilem  
 fore docebat. Sicut em̄ homicidas interfectores t ita & detractores

eorum, eosq; odientes, homicidas esse manifestabat. Quia & qui oc-  
 cidit, & qui odit fratrem suū, & qui detrahit, pariter homicidæ esse  
 mōstrantur. Omnes enim à carnalibus desiderijs, quæ militāt aduer-  
 sus animā, abstinere, et bonā eorū cōuersationē ac innocentem omni-  
 bus monstrare rogabat.

XLVIII. Ex corde enim cūctos attentius inuicem diligere insinuabat. Et ue-  
 ram fraternitatē inter se habere docebat. Quotidiana enim illius præ-  
 dicatio, inter cætera diuina hæc erat mandata. Quā in eius exēplum  
 etiam



# EPISTOLA I.

etiam tibi frater charissime, significare curavi. Bonorū (inquit) operum inter cætera semina ac negotia sunt quantum unusquisque sapit & potest, totis intimi cordis (ut prælibatū est) uisceribus deū diligere, & proximum uelut seipsum. Abnegare seipsum sibi, ut Iesum Christū dominum nostrū sequatur, & nihil eius amorī præponere. Veritatem corde & ore proferre debere, & totā spem nostrā semper deo cōmittere instruebat. Actus uitæ suę omni hora custodire, & in omni loco deū se respicere, firmiter scire. Cogitationes malas cordi suo adueniētes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus domini manifestare. Os suū à malo uel prauo eloquio custodire, & uerba uana aut mendacia non loqui. Quia os quod mētitur occidit animam. Verba diuina libenter audire, et sacerdotibus suis obtemperare, atq; obediētes esse docebat. Prædicationi & orationi ac lectioni frequēter incumbere, & eleemosynas ueras perficere, & propriam frangere uoluntatem. Boni aliquid in se cum uiderit, deo applicet, non sibi; Et malum à se factū agnoscat, & sibi reputet. Multū loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum aut malum loquantur. Diem iudicii timere, gehennam expauescere, & uitā eternā omni concupiscentia desiderare. Non occidere, non adulterari, non furum facere, non rem proximi cōcupiscere, non falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare. Corpus custodire, uanas & caducas non amplecti delicias: ieiuniū & uigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos uestire, infirmos uisitare, mortuos sepelire, & diligēter eorū exequias peragere, pro eisq; orare et eleemosynas dare, dolentes cōsolari, & suis bonis refouere, & à malis actibus se alienum facere. Non esse superbū, nō uinolentū, nec multū edacem, nō somnolentū, non pigrum, non murmuratorē, nec detractorē. Quia qui detrahit non solū se, sed multos alios occidit. Iram nō perficere, nec iracundiæ tempus reseruare. Dolum in corde nō tenere, nec pacē falsam dare, charitatē nō derelinquere. Nec iurare, ne forte perurium (quod absit) fiat, malum pro malo nō reddere, nec iniuriā facere, sed & factā patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se nō remaledicere, sed magis benedicere, & persecutionem pro iustitia sustinere, castitatē amare, et nullum odio habere. Quia qui odit fratrem suum, homicida est. Elationē fugere, zelum malum nō habere, inuidiam non exercere, nec contētionem amare. Cum discor-

dantibus

Matth. 20.  
Luc. 9.

Confessio cogitationum.

Sapient. 1.

Psal. 33.

Exequiæ.

Matth. 5.  
Roma. 12.

1. Iohan. 3.  
Eph. 4.



# CLEMENTIS

dantibus ante solis occasum in pacem redire, et de dei misericordia nunquam desperare. Seniores uenerari, et iuniores diligere.

XLIX.

2. q. 7. c. Sacerdotes.

Matth. 23.

Episcopos sacerdotes suos, ac cunctos reliquos ecclesie ministros, atque omnem plebem sibi commissam, uerba & mandata diuina instruere, & amare, Hosque omnes eorum episcopos tota animi uirtute diligere ut oculos suos, qui oculi sunt illorum, eorum praeceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant. Memores scilicet illius dominici praecepti. Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite. Ipsi autem episcopi, si exorbitauerint, ab istis non sunt reprehendendi uel arguendi, sed portandi, nisi in fide errauerint. Hi ergo super hos sunt, non illi super istos. Quoniam maior a minore nec argui nec iudicari potest. Nullus se extollat erga Doctores ac magistros suos. Quia discipulus super magistrum nec esse debet nec potest. Nullus uelit dici sanctus antequam sit, sed prius sit quod uerius dicatur. Praecepta domini Doctorumque ac magistrorum, factis quotidie adimplere, et in Christi nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim & humiliatio, quae magistris agitur, domino exhibetur.

L.

Eccle. 1.

Timor delectabit, & dabit laetitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suae benedicetur. Vae dissolutis corde qui non credunt deo, et resistunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces sunt his qui eius legatione funguntur, & ideo non proteguntur ab eo. Vae his qui perdid-

& diuerterunt

Eccle. 2.

sustinentiam, qui dereliquerunt uias rectas ut diuerterent in uias prauas. Et quid facient, cum inspicere coeperit dominus? Qui timet dominum, non erunt incredibiles uerbo illius. Et qui diligunt illum, conseruabunt uiam illius. Qui timent dominum, inquirent quae bene placita sunt illi. Et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timet dominum custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: si penitentiam non egerimus, incidemus in manus dei & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Venite filii (inquit) audite me, timorem domini docebo uos. Currite, dum lucem uitae habetis, ne tenebrae mortis uos comprehendant. Omnis qui uult uitam, & cupit dies uidere bonos, prohibeat linguam suam a malo, & labia sua ne loquantur dolum. Di-

Psal. 33.

Iohan. 12.

uertat



## EPISTOLA I.

uertat à malo, & faciat bonum, inquirat pacem & sequatur eam. Quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriã eorum. Propterea nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus. Sed lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi ueniẽt, domino dicẽte: ab oriẽte & occidẽte à septẽtrione & meridie, et recumbẽt cum Abraham & Isaac & Iacob.

Psal. 36.

Matth. 8.

Propter quod deprecor te, frater charissime, ut doceas attentius hũc **LI.**

prædicationis ordinem, & absolutionum dies, ut saluẽtur animę hominum, quę occulta dei uirtute quem debeãt diligere, priusq̃ doceãtur, agnoscant. Operum uero ratio potestati & arbitrio uniuscuiusque permittitur. Et hoc ipsorum est proprium. Desiderium uero habere erga doctores ueritatis, hoc à patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est, ut uoluntatem eius cuius amorem & desiderium, deo largiente, cõceperis, facias. Ne dicatur ille sermo eius ad nos, quem dixit. Quid autem dicitis me domine domine, & non facitis quę dico? Est ergo proprii muneris, ut sit unusquisque, pro ut dominus noster dederit, perfectus in ecclesia, mittensq̃ semina diuina, ut de nobis nō prædictus sermo sed ille dicatur, quẽ alibi dixit dominus noster. Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homi-

Liberum arbitrium.

Matth. 7.

Matth. 5.

Iohan. 14.

ni patrifamiliãs, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Nullus ergo (inquit) impediatur ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, uel tempore permutet uices. Sed primo quæ sit iustitia eius, quę uoluntas, requiramus, ut bonis operibus ac dei gratia repleamur. Deus enim his qui recte sentiunt, & bona agunt, præsto est. Quoniam his manifestat seipsum.

Nam si quis uelit, anteq̃ actus suos emẽdet, de his requirere, quæ nō **LII.**

potest inuenire, stulta & inefficax erit huiuscemodi inquisitio. Tempus enim breue est, & iudicium dei gestorũ causa agitur, nō questionum. Ideo ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, ut æternam uitam cõsequi mereamur. Nam si exiguũ hoc uitæ tempus per inanes occupemus & inutiles quæstiões, inanes fine dubio & uacui ab operib⁹ bonis, pergemus ad dominum: ubi iudicium operum nostrorum fiet. Vnaquæq̃ etenim res suum tẽpus habet & locum, Operum hic locus, hoc tempus est: meritorum se-



## CLEMENTIS

culum futuræ. Curratur igitur per uiam mandatorum domini, & ab eius præceptorum institutis, & spiritus sancti doctrina non recedat. Quapropter paranda sunt corda nostra & corpora, sanctæ mandatorum eius suorumque Episcoporum atque prædicatorum obedientie militatura: ut suæ gratiæ iubeat nobis auxilium ministrare, & fugientes gehennæ poenā, ad uitā ualeant omnes peruenire æternā. Hæc itaque frater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accepi, tibi que, ut optabas, insinuare studui, ut seruare omnia immaculata præcipias, Quia ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter, explere negotia.

LIII. Hæc ergo præcepta nemo credat absque sui periculo negligere uel dissimulare. Quia iudicio dei ignis æterni tormēta sustinebit, qui ecclesiastica decreta neglexerit. Qui uero te audierit, ut iusserat minister Christi Iesu, gloriam accipiet. Qui autē te non audierit, imò loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. Currendum ergo & attendendum est nobis omnibus, quod in perpetuum expediat, ut Christi passionibus per patientiam participemur, atque regni eius mereamur esse consortes. Amen

expedit  
Rom. 8

## 2 ELENCHVS CA- PITVLORVM SECVNDÆ EPI- stolæ Beati Clementis.

- 1 De cura Presbyterorum circa Eucharistiā, nequa corpori aut sanguini dominico inferatur iniuria.
- 2 Ut Clerici consumant, quæ remanserint, populo cōmunicato, in altari holocausta, ne reseruentur in crastinum.
- 3 Ut qui residua corporis domini cōsumunt, non statim communes accipiant cibos, sed aliquantisper ieiunent.
- 4 De uasis & uestibus ac ornamentis sacris, si fuerint uestutate cōsumpta, ut incendio dentur.
- 5 De poena Diaconorum & Presbyterorum, qui circa sacrum ministerium fuerint negligentes.
- 6 De pallis & uelis intra sacrarium lauandis, à ministris, in pelui noua & speciali.

De



- 7 De ostiarijs, ut custodiant uela, ne quis ad ea manus tergat, quia sancta sunt.
- 8 Ne Laicis aut exteris Clericis de fragmentis oblationum ponatur ad mensam.
- 9 Ne Presbyteri & Diaconi post ordinationē ad relictas uxores suas in cubile accedant.
- 10 De ijs, qui sindones aut uela sacrarij subtrahūt aut uendunt.
- 11 Ne Presbyter aut Diaconus uisitet aut alloquatur foeminam solus, absq̃ Episcopi iussione.
- 12 Ne q̃s eorū cū extranea foemina habitet, propter satanę malitiā.
- 13 De Calice altaris, ut bene lotus sit, ne Diacono peccatum fiat.
- 14 De idoneis Clericis ad sacrum ministeriū eligendis.
- 15 Vt fragmenta dñci corporis mūdissime teneant, ne putrescant.
- 16 De ornādis animabus nostris tum doctrina ueritatis, tum decoꝝ re pudicitia aliarumq̃ uirtutum.
- 17 De sancta conuersatione in poenitentia, ut iuuetur etiam per misericordias pauperum.
- 18 De poenitentia in ætate prouectiori quomodo agenda sit.
- 19 De non differenda poenitentia aut conuersione, siue pauper sit siue diues peccator.
- 20 Vt nec iuuenes nec senes iugo Christi ceruices suas subiungere differant.
- 21 De cura pastoralī, infatigabiliter exercenda, ad correctionem filiorum spiritualium.
- 22 Vt de inimicis non male loquamur, sed extinguamus potius inimicitiam bene loquendo.
- 23 Quòd ij, qui in patres peccant, similes sunt Cham filio Noë.
- 24 Ne quis fratrem suum iudicet, aut ei detrahat.
- 25 De habenda patientia in tribulationibus propter spem beatitudinis.
- 26 De consecratione Ecclesiarum in congruis & utilibus locis.
- 27 De exhibenda sacerdotibus obedientia & reuerentia.
- 28 De fugiendo scandalo in pusillis.
- 29 De præmio recte docentis ac iuste uiuentis.
- 30 Ne quis Ecclesiæ ac Prælatorum præcepta contemnat.



# ✠ EPISTOLA SE-

CVNDA PRAECEPTORVM SAN

cti Clementis Papæ, missa Iacobo fratri domini.

Hierosolym-  
tanorum

De cōse. dist.  
2. c. Tribus.



LEMENS ROMANAE EC-  
clesiæ Præsul, Iacobo charissimo, † Hiero-  
solymorum Episcopo, Quoniam sicut à Be-  
ato Petro Apostolo accepimus, omnium  
Apostolorum patre, qui clauēs regni cœle-  
stis accepit, æqualiter tenere debemus, de sa-  
cramentis quæ geruntur in sanctis, Te ex or-  
dine nos decet instruere.

sacramentorū

I. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secre-  
torum, Id est, Presbytero, Diacono & ministro. Hi cum timore &  
tremore reliquias corporis dominici debent custodiret fragmento-  
rum: nequa putredo in sacrario inueniatur, & negligenter agatur,  
nec portioni corporis & sanguinis domini grauis inferatur iniuria.  
Comminutio enim corporis domini nostri Iesu Christi, si negligen-  
ter agatur, & non curet Presbyter minora admonere officia, graui  
anathematis percussus p̄iudicio, digna humiliationis plaga feriat.

II. Certe tanta in altari holocausta offerantur, quanta populo sufficere  
debeant. Quod si remanserint, in crastinū non referuentur, sed cum  
timore & tremore clericorum & diligentia consumantur.

portio editur

III. Qui autē residua corporis domini, quæ in sacrario relictæ sunt, con-  
sumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conueniant,  
ne putent sanctæ portioni commisceri cibum, qui per aqualiculos  
digestus, in secessum funditur. Si igitur mane Dominica † usque ad  
sextā ieiunent ministri, qui eam consumpserunt. Et si tertia uel quar-  
ta hora acceperint, ieiunent usq; ad uesperum. Sic secreta sanctifica-  
tione æterna custodienda sunt sacramenta.

De conse. dist.  
1. c. Altaris pal-  
la.

III. De uasis sanè sacris ita gerendum est. Altaris palla, cathedra, cande-  
labrum & uelum, si fuerint uetustate consumpta, incendio dentur.  
Quoniam non licet ea, quæ in sanctuario fuerunt, male tractari, sed  
incendio uniuersa tradantur. Cineres quoq; eorum in baptisterium  
inferantur,



## EPISTOLA II.

inferantur, ubi nullus transitus habeatur: aut in parietem, aut in fossas pavimentorū iactentur, ne introeuntiū pedibus inquinentur.

Nemo per ignorantiam Clericus, palla mortuum credat obuoluentum, aut eius scapulas operire uelit, quæ fuit in altari, aut certe quæ Diacono data est in mensam domini. Qui hoc fecerit, uel leuiter quæ si nihil & negligenter habuerit ministerium, Diaconus, triennio & sex mensibus à dominico erit remotus altari, graui percussus anathemate. Quod si Clericos Presbyter non admonuerit, decem annis &† quinq; mensibus excommunicatus sit, propterea quod de dominicis sacramentis† subiectiora sibi non admonuerit ministeria. Et postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiæ.

Pallas uero & uela, quæ in sanctuarij sordidata fuerint ministerio, Diaconi cum humilibus ministris intra† sacrarium lauent, non eijciant foras à sacrario uelamina dominicæ mensæ: Ne forte puluis dominici corporis male decidat sindone foris delata, & erit hoc operanti peccatum. Idcirco† in sacrario ministris præcepimus, cū omni diligentia custodire. Sanè peluis noua comparetur &† præparetur ad hoc, & nihil aliud tangat. Sed in ipsa pelui nihil apponatur lauandum, nisi quæ ad dominici altaris cultum pertinet, pallæ in alia pelui lauentur, & in alia uela ianuarum.

Etiam cura sit Ostiarijs† examinatione maiorum, ne quis negligēs aut ignarus ad uelū ianuæ domus domini manus incognite tergat, sed statim coërcitus discat omnis homo, quia uelum atrij domus domini sanctum est.

Præcipimus etiam, ne† cui exteriori Ecclesiæ siue Laico de fragmentis oblationum ponatur ad mensam. Vnde scis tu, qui passim sacrarij panes indignis impēdis? Vnde nosti, si à mulieribus mundi sunt? Hinc & David ab Abimelech sacerdote interrogatus, cum panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset à mulieribus, cum se mundū ante triduū profiteretur, panes propositionis manducauit.

Ministri altaris, Presbyteri siue Diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationē coniuges suas reliquerūt. Quod si post ordinationem ministros cōtigerit propriæ inuadere cubile uxoris, sacrarij non intrēt limina, nec† sacrarij portitores fiant, nec altare cōtingant, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, nec ad dominici corporis portionem accedant. Aquam sacerdotū porrigan

V.

ibid. c. Nemo.

sex  
subiecta

VI.

sanctuarij

intra sacrariū  
præter hoc nihil

VII.

ex admonitiō  
ne maioris

VIII.

unquā extero  
clerico

1. Reg. 21

IX.

Dist. s. c. Mini  
stri.

sacrificiū



# CLEMENTIS

rigant manibus, ostia forinsecus claudant, minora gerant officia. Ver-  
ceum sane ad altare ac salutarem calicem non suggerant.

**X.** Si forte quispiam presbyter uel Diaconus, sacrarii sindones uel ue-  
la subtracta uēdiderit, Iudæ similis æstimabit Iscariothis. Qui pro-  
pter cupiditatē fecerit hoc opus, nouerit, se supradicti Iudæ susce-  
pturum pœnam.

**XI.** Clericus uero solus ad fœminæ tabernaculum nō accedat, nec pro-  
peret, sine maioris natu principis iussione. Nec presbyter solus cum  
sola fœmina fabulas misceat. Nec Archidiaconus aut Diaconus,  
prætextu humilitatis uel officij frequentet domicilia matronarum,  
aut forte per clericos aut domesticos matronæ mādēt secretum ali-  
quid: si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur  
ecclesiæ. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur.  
Et si talis est, ad quam debeat ire, pro interuētū ipse pergat. Sin autē  
de latere suo dirigat cum duobus aut tribus qui hoc debeant t̄ sana-  
nare. Sane ad uisitādā mulierem infirmam, nullus Clericus ingre-  
diatur, nisi cum duobus aut tribus.

**XII.** Nemo tñ cū extranea habitat fœmina, nisi soror aut proxima fue-  
rit. Et hoc cū magna sollicitudine fiat, nō ignoramus malitiā Satanz.

**XIII.** Vniuersa hæc cum mansuetudine ecclesiastica cōplenda sunt mini-  
steria. Negotium em̄ dei nō decet negligēter expleri. Iterum atque  
iterum de fragmentis dominici corporis demādāmus. Calicem ue-  
ro ad perferēdum sanguinem domini præparatum, cum tota mini-  
sterij munditia minister præparet, ne non bene lotus dei calix, Dia-  
cono peccatū t̄ faciat offerēti. Ita cum omni honestate cuncta, quæ  
supra exposuimus, oportet impleri.

**XIIII.** Tales ad ministerium eligantur Clerici, qui digne possint domini-  
ca sacramēta tractare. Melius est enim Domini t̄ sacerdoti, paucos  
habere ministros, qui possint digne opus domini exercere, q̄ multos  
inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

**XV.** A principio ecclesiæ usq; in hunc locum de sacramētis delegaui be-  
ne tuēdis, t̄ ubi nō murium stercora inter fragmenta dominicę por-  
tionis appareant, neq; putrida per negligentiam remaneāt Clerico-  
rum. Et cōuenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putri-  
da cum uiderint, magis cum ridiculo & fastidio uideantur accipere,  
& in peccatum t̄ magis decidant per negligentiam clericorū. Quæ  
propter



## EPISTOLA II.

propter nemo clericorum ultra hæc dissimulet, aut negligere ullatenus audeat, sed libenter quæ missa sunt expleat, & sacramenta diuina nequaquam negligenter contrectet.

Ideoq; tam iuuenes q̄ senes, de his & de omni conuersatione sua, cōuersione & pœnitentia ualde esse sollicitos satisq; agere oportet, ut hæc condigne agant, & de reliquo ornent tam clerici quàm seculares animas suas ornamētis dignissimis, dogmatib⁹ scilicet ueritatis, decore pudicitiae, splendore iustitiae, candore pietatis, alijsq; omnibus quibus comptam decet esse rationabilem mentem.

Tum præterea declinare à consortijs inhonestis & infidelibus, et societates habere fidelium, atq; illos frequentare conuentus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur. Orare semper deum ex toto corde, & ab ipso petere quæ t̄ decent. Ipsi gratias agere, ueram t̄ pœnitentiam agere præteritorum & gestorum. Aliquantulum etiam, si possibile est, per misericordias pauperum iuuare pœnitentiā. Per hæc em̄ facilius uenia dabitur, & indulgentius indulgebatur.

Quod si prouectioris ætatis sit is qui ad pœnitentiam uenit, eo magis gratias agere debet deo, quòd postquam fractus est omnis impetus concupiscentiae carnalis, scientia ueritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, t̄ postquam insurgentes aduersus animam reprimat corporis uoluptates. Superest ergo ei in agnitione ueritatis, & misericordiae operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiae. t̄ Nec putet quia in temporis longitudine documentum cōuersionis ostēditur, & non in deuotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestæ sunt mentes. Qui non temporum rationem colligit, sed t̄ animorum. Ipse enim probat, si quis agnita ueritatis prædicatione non distulit, neque tempus negligendo consumpsit, sed statim, & si dici potest, eodē momento præterita perhorrescens, futurorum desiderium cepit, & in amorem regni cœlestis exarsit.

Propter quod nemo uestrum ultra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad euangelium regni dei libēter accedat. Non dicat pauper, quia cum diues factus fuero, tunc conuertar. Non requiret à te Deus pecuniam, sed animam misericordem & piam mentem. Neque diues conuersionem suam differat pro sollicitudine seculari, dum cogitat, quomodo dispenset abundantiam frugū. Neque dicat intra semetipsum, Quid faciam? ubi recondam fructus meos? Neque dicat ani-

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

Luc. 9.

Luc. 12.

decet  
pœnitentiā  
criminum

per quā

ne

animarum

e mæ suæ



## CLEMENTIS

mæ suæ. Habes multa bona reposita in annos multos, epulare & lætare. Nam dicetur ei. Stulte, hac nocte auferetur à te aīa tua, & quæ parasti cuius erunt? Itaq; festinet ad pœnitentiā omnis ætas, omnis sexus, omnisq; conditio, ut uitam consequantur æternam.

XX.

Iuuenes quidem in eo grati sint, q̄ in ipso impetu desideriorū ceruicē suas iugo subiiciūt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multī temporis consuetudinē, in qua male præuēti sunt, pro dei timore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim causa cunctandi est ad bene agendum? Animus male sibi cōsciū, dum uidet se nullam pœnam pati, credit quia nō iudicet deus, cum ab uti patientia dei, & non intelligere patientis benignitatem, iam sit magna damnatio. Vnde scriptum est: Maledictus omnis, qui opus dei negligenter agit.

uidetur sibi

Roma. 2.

Hiere. 48.

XXI.

Quapropter pastoralis ordinis est, infatigabiliter reuocare quicquid ad correctionem populorū, immò magis filiorum spiritalium, quantum est fas intelligere, cognouerit pertinere. Et non (quod absit) cū suo periculo alienæ spei per solam negligentiam facere detrimentū, sed qd ad generalis salutis expectat compendium, salubri necesse est providere tractatu.

XXII.

Homini religioso parum esse debet, inimicitias aliorum non exercere, uel non augere male loquēdo: nisi eas etiam extinguere, bene loquendo, studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures omnium personamus. Neque se deinceps quis excusabit nō monitum si quicquid sequi debeat, tam uerbis quàm literis edocetur.

XXIII.

Qualis autem cōdemnatio, & qualis imminet maledictio eis, qui in patres peccant, diuina nos docet scriptura. Si em̄ Cham filius Noë cū uidisset nudum suum patrem, quoniā nō cooperuit patris corporalem nuditatem, sed egressus nuntiauit eam fratribus, et illi uestimēto eam cooperuerunt. Ipse quidem Cham, & illi qui ex eo nati sunt, sub maledictione facti sunt. Qui autem cooperuerūt, magnam benedictionē meruerūt. Multo magis isti maiori & ampliori cōdēnatione digni sunt, qui patribus obuiare, aut contra eos insurgere nituntur. Aut iniuriam uel contumeliam eis inferre moliūtur. Quoniam qui his resistit, deo resistit. Et qui eis iniuriam uel contumeliam facit, Deo, cuius legatione funguntur, facit. Expauit cœlum super hoc & horruit amplius uehementer, dicit Dominus. O intolerabilē maligni

Gene. 9.

a. q. 7. c. Qualis.



## EPISTOLA II.

malignitatem. O linguam loquentem iniquitatem contra Deum, et mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: Impone homo tuæ linguæ ostium & seram, cessa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem aduersus Deum & proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus?

Hæc nos familiariter docebat, & hæc t publice nobis prædict? Ma **XXIII.**  
gister & instructor atq; ordinator noster, Princeps Apostolorum, publiciter  
Petrus, in ecclesia prædicabat, exemplum dans, ut et nos similiter faciamus. Humiliamini (inquit) in cōspectu t dei, et exaltabit uos. No domini  
lite detrahare alterutrum. Quoniam qui detrahit fratri, aut qui iudi laco. 4.  
cat fratrem suum, detrahit legi & iudicat legem. Qui autem iudicat legem, non est factor legis sed t iudex. V nus enim legislator & iu lator  
dex, qui potest perdere & liberare. Tu autē quis es, qui iudicas pro ximum? Non oportet nos iudicare t inuicem, sed magis auxilium in inuicem  
ferre.

Væ erit (inquit) his, qui ffrēs tribulāt, & eis qui eos persequunt. Vos **XXV.**  
autem, quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatio res efficiemini. Si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Quod etiam ipse nos Dominus docuit. Beati qui persecutionem pa tiuntur propter iustitiam. Et t idem. Beati eritis cum uos oderint ho mines, & persequuti uos fuerint, & eiecerint nomen uestrum tan quam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exul tate, quoniam merces uestra multa est in cœlo. Vnde & ipse ait: Matth. 5.  
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima Luc. 6.  
tua, & ex totis uiribus tuis, & proximum tuum sicut te ipsum. Non iterum  
enim (inquit) diligit recte deum, qui fratrem suum insequitur. Nec diligit proximum qui ei detrahit, uel qui illum accusat. Quia quod si bi quia fieri non uult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite si lii mei (inquit) sapientiam & tenete totam fidem rectam, & ample ctimini charitatem, ut non excidatis. Data est enim uobis à domi no potestas, et uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, et co gitationes scrutabitur uestras. Qui autem custodierint iustitiam, iu ste iudicabuntur. Et qui crediderint iusta, inuenient quid responde ant. Ideo semper cauere præcepit, ne aliquando peccato consentia mus, & prætermittamus præcepta Dei nostri.

Ecclesias per congrua & utilia facite loca, t quæ diuinis precibus sa **XXVI.**  
crari



# CLEMENTIS

- De conse. dist. 1. c. Ecclesias. Itē. 16. q. 7  
**XXVII.** crari oportet, & in singulis sacerdotes diuinis orationibus deo dicatos poni: quos ab omnibus uenerari oportet, & non à quoque grauari. Semper uitate mala, & pro animabus uestris ne confundamini dicere uerum: mendacia fugite, & ueritatem corde perfecto sequimini, quoniam multos iam supplantauit suspicio. Charitatem semper diligite, fratres adiuuate. Erunt enim quasi non sint, & peribunt, uiri, qui contradicunt uobis. Vnde dominus ait: Qui uos audit, me audit. Et qui uos spernit, me spernit. Et qui me spernit, spernit eum qui me misit. Et idem: Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquae, in nomine meo, quia Christi estis, amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizauerit unum ex pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua, abscide illam: bonum est tibi debilem introire in uitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est tibi, claudum introire in uitam aeternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non morietur, ut supra. Quod si oculus tuus scandalizat te, euece illum: bonum est tibi, luscum introire in regnum dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi uermis eorum non morietur, ut supra. Omnis enim igne salietur, & omnis uictima salietur. bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud salietis? habete in uobis sal, & pacem habete inter uos.
- XXIX.** Quia quisquis uestrum recte docuerit, & iuste uixerit, habebit gratiam. Qui autem secus egerit, indubitanter poenam sustinebit. Ideo gloriam bona agere uos semper oportet, ut brauium uitae aeternae percipiat. His ergo bene parete sententijs, ne quis haec praeccepta minime credat implenda, & iudicio dei, ignis aeterni tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit.
- XXX.** Haec igitur frater Iacobe de ore Sancti Petri iubentis audiui. Siquis haec praeccepta non integre custodierit, sit anathema, usque ad aduentum domini nostri Iesu Christi. Haec praeccepta à sancto Petro Apostolo accepi, & tibi charissime frater insinuare curavi, ut seruari omnia praecipias sine macula, Si quis uero audierit te, utilis erit minister



## EPISTOLA II.

ster Iesu Christi. Qui autem nō audierit te, imō loquentem deū per te, ipse sibi damnationem acquirat. Omnipotēs deus, charissime, sua protectione te custodiat, atq; ad cōlestis remunerationē patriæ cum multiplici animarum fructu perducatur. Deus te iterum iterumq; incolumem custodiat, Reuerendissime frater. Amen.

# ¶ ELENCHVSCA

## PITVLORVM TERTIAE EPI- stolæ Beati Clementis.

- 1 De sacerdotibus, qui in specula positi sunt, ut pleniter doceant populum.
- 2 Eos, qui Episcopis suis non obedierint, infames esse & extorres à regno dei.
- 3 Ut fideles libēter recipiāt semē uerbi dei, & sint uelut terra culta
- 4 Episcoporum maximam esse in Ecclesia auctoritatem, Quemadmodum fuit olim Aaronis.
- 5 Ut omnis Pontifex, sacro charismate perunctus, honoretur tanquam Christi locum tenens.
- 6 De officio Presbyterorū in cura animarū & instruendo populo.
- 7 De Catechuminis, quomō se ad baptismū præparare debeant.
- 8 De ritu baptizādi in nomine Trinitatis & perūctione olei sacri.
- 9 Ne quis uel ex senectute uel ex nobilitate generis erubescat discere ea quæ sunt salutis.
- 10 Quòd homo per infidelitatem factus est passibilis, per fidem uero sit impassibilis & passionum curator.
- 11 Cur infidelitas hominem passionibus faciat obnoxium, fides uero ab eis liberet.
- 12 Quòd ignorantia mater sit omnium malorū, præsertim ubi quis scire putat quod nescit.
- 13 Ut ueritatis agnitio quærat in lumine Christi, ubi est porta uitæ & semita bonorum operum.
- 14 Hominem esse liberū arbitrii, ad amplectendum atq; ad reiiciendum mandata uitæ.



- 15 Eos grauius iudicari, qui audita doctrina Christi, eam repellunt,  
quàm qui omnino ignorant.
- 16 Eos, qui uerba ueritatis recipiunt, fieri & dominatores carnis &  
participes regni cœlorum.
- 17 Duo esse regna contraria, quibus nemo simul seruire potest.
- 18 Christum esse uerum prophetam & Messiam, qui promissus fuit  
in lege & prophetis.
- 19 Magnificentius confirmari fidem nostram ex eo, quod prophetae di-  
xerunt Christum à gentibus, quàm si dixissent à Iudeis expectandum.
- 20 Iudæos reiecisse præsentem, quem absentem expectabant: Gen-  
tes uero recepisse quem ignorabant.
- 21 Ne Presbyteri, Diaconi aut alij Clerici, absque licentia Episcopi  
in Parochia aliquid agant.
- 22 Ne Laici absque permisso Episcopi à sua Parochia abscedant, aut  
aduentantes morentur in ea.
- 23 Episcopos esse similes radijs solis, qui & à Christo dicti sunt lux  
mundi.
- 24 Quid sit, quærere regnum dei & iustitiam eius.
- 25 Ne alijs in locis sacrificetur, nisi in consecratis ab Episcopo regu-  
lariter ordinato.
- 26 Ut uitam nostram bonis operibus repleamus, per quæ ad regnum  
dei iustitiamque eius peruenitur.
- 27 Cursum huius uitæ uiam esse: Ciuitatem uero, regnum dei, eius  
portam, Christum.
- 28 De excutiendo puluere pedum in eos, qui pacem & uerbum dei  
suscipere nolunt.
- 29 Pacem primo offerendam esse, repellentibus uero eam mouen-  
dam esse pugnam uerbi dei.
- 30 Ne indignis propalentur indiscrete mysteria fidei, quia id prohi-  
bet ipse dominus.
- 31 Quâto melior debeat esse uita nostra quàm Gêtilium in omni uirtute.
- 32 Negligenter audientes uerbum dei, grauius confundi in iudicio  
à Regina Austri.
- 33 Eos, qui non agunt poenitentiam de peccatis, in iudicio damna-  
ri à Niniuitis.
- 34 De castimonia, diligentius à nobis quàm à Gentilibus obseruanda.



# 22 EPISTOLA TER-

TIA CLEMENTIS PAPAE, GENERA-

lis, omnibus tam maioris q̄ inferioris Ordinis Clericis,  
ac cunctis fidelibus scripta feliciter.



CLEMENTIS VRBIS ROMAE

Episcopus, omnibus Coepiscopis, Presbyte-  
ris, Diaconibus, ac reliquis Clericis, & cun-  
ctis Principibus, maioribus, minoribus ue,  
omnibusq; generaliter fidelibus, benedictio,  
claritas, & gloria, in gratia dei, quæ data est claritatis  
nobis in Christo Iesu domino nostro.

Urget nos, fratres, multus amor uester & re- I.  
ligiosa & in uita deuotio, quia debitores sumus, ut quædam scriba- uitæ  
mus uobis. Vobis ergo, qui sacerdotio domini fruimini, & in & spe- ipeculo  
cula estis positi, plus scire oportet, ut subditos uobis populos pleni-  
ter docere possitis, eisq; ad regna cœlorum ducatum præbere, do-  
mino annuente, ualeatis. Vnde & ipsa per se ueritas ait: Vobis da-  
tum est, nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, & re- Matth. 13  
liqua. Propter quod, consilium do unicuiq; uestrum, constanter do-  
cere uerba diuina; & discantibus, libenter accommodare aurem uer-  
bo dei. Vestrum enim qui legatione Christi fungimini, est, docere  
populos. Eorum est uero, uobis obedire ut deo.

Si autem uobis Episcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaco II.  
ni, ac subdiaconi & reliqui Clerici cuncti, omnesq; Principes, tam II. q. 3. c. Si autem  
maioris ordinis q̄ inferioris, atq; reliqui populi, tribus, & linguæ, nō  
obtemperauerint, non solum infames, sed extorres à regno dei & cō-  
sortio fidelium, & à liminibus sanctæ dei ecclesiæ alieni erunt. Nam  
uestrum est, eos instruere: & eorum, uobis obedire ut deo, cuius lega- eorum uero est  
tione fungimini, dicente domino: Qui uos audit, me audit: & qui Luc. 10  
uos spernit, me spernit. Et qui uos recipit, me recipit. Et qui me reci- Matth. 10  
pit, recipit eum qui me misit. Nihil enim iniustius uel inhonestius  
est, q̄ filios patribus rebelles, aut Clericos uel Laicos Doctoribus,  
seu discipulos magistris, inobedientes uel proteruos existere. Noui-  
mus



# CLEMENTIS

mus enim primum hominem per inobedientiam cecidisse. Idcirco omnes hoc uitiū summopere cauere monemus. Quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

**III.** Dominus enim noster, mittens nos uice sua, loco apostolorum ad prædicandum, præcepit nobis, docere omnes: omnesq; nobis fideliter obediētes, ut ipsi, existere. Quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata germinauerit, & pariat quæ est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non receperit uerbum dei, illud in corde suo germinare non siuerit, ac minime crediderit doctoribus, & Episcopis suis, nō beneuolus, sed rebellis atq; inobediens extiterit, fructum non germinabit, nec pariet: sed similis arbori illi erit, de qua dominus ait: Omnis arbor quæ nō facit fructū bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

**III.** Primus enim Pontifex Aaron, chrismate compositionis perunctus, princeps populi fuit, & tanq̃ rex primitias & tributū per capita accepit à populo, & iudicandi plebem sorte suscepta, de mundis immundisq; iudicabat. Sed & si alius ex ipso unguento perunctus esset, uirtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia, & ab hominibus composita, tantum potuit: intelligite iam quantum sit illud unguentum, quod à deo de uirgulto uitæ prolatum est: Cum hoc, quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines cōferat dignitates. Quid enim in presenti seculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius?

**V.** Omnis ergo Pontifex, sacro chrismate perunctus, & in ciuitate constitutus, scripturis sanctis eruditus, charus & pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eiq; seruire, & obediētes ad salutē suam fideliter existere. Scientes, q̃ siue honor, siue iniuria, quæ ei defertur, in Christū redundat, et à Christo in deum. Audire ergo eum attētius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei.

**VI.** Monita autem uitæ à presbyteris inquirere, à Diaconibus uero ordinem disciplinæ. Propter quod deprecor uos conseruos & auditores meos, ut discatis attentius animarū curā quærere, et pro omnibus stare: maxime tamen pro his, qui in cultu diuino laborāt, Ecclesiæ suarum omnium curam habetote, seruisq; eorum adiutoriū præbete, uiduarum religionis curam quærite, pupillos enixius liberate, pauperibus



## EPISTOLA III.

peribus misericordiam facite, iuuenes pudicitiam docete. Et ut breuiter totum dicam, alterutrum uos, in quibus res poposcerit, susten-  
tate. Deum colite, qui creauit cœlum & terram, & Christo credite,  
inuicem uos diligite: & misericordes estote in omnes, non uerbo so-  
lo, sed opere & rebus replete charitatem. Agitote pro uiribus Con-  
serui dilectissimi, quia bonum est, ut unusquisque uestrum, secundum  
quod potest, proficiat accedentibus ad fidem religionis nostræ. Et ideo  
non uos pigeat, secundum sapientiam, quæ uobis per dei prouiden-  
tiam collata est, instruere ignaros & docere. Desiderium ergo habe-  
re erga doctorem ueritatis, eumque ut oculos suos amare oportet. Quia  
& ipsum populū sibi commissum, ceu proprios filios amare et docere  
cōdecet. Hæc enim à patre cœlesti dona sunt, sed & salus in ea est, ut  
uoluntatem eius, cuius amorem & desiderium, deo largiente, conce-  
perint, faciant.

ram gerite.  
1. Johan. 3.

Si quis ergo fidelis uoluerit existere, & desiderat baptizari, exutus  
prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœ-  
lestium ex gestis proprijs fiat. Accedat autem qui uult ad sacerdo-  
tem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni  
cœlorum, ieiunijsque frequentibus operam impēdat, ac semetipsum  
in omnibus probet, ut tribus mensibus eam consummando, in die fe-  
sto possit baptizari.

VII.

Baptizetur autem unusquisque in aquis perennibus nomine trinae  
beatitudinis inuocato super se, perunctus primo oleo per orationē  
sanctificato: ut ita demum per hæc consecratus, possit percipere lo-  
cum cum sanctis.

VIII.

Nullus enim propter opprobrium senectutis uel nobilitatem gene-  
ris aut iuuentutis, à paruulis & minus eruditis, siquid forte est utili-  
tatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter uiuit, et disce-  
re atque agere bona recusat, magis Diaboli quam Christi membrum  
esse ostenditur, & potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomo-  
do ergo non omnibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum, ut quæ  
ignorat discat, & quæ didicerat doceat? Certissimū namque est, quod  
neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas,  
homini debet esse pretiosior ueritate. Quia nihil est pretiosius anima.  
Deus autem creator omnium, ex initio ad imaginem suam hominem  
fecit, eumque dominatorem terræ marisque & aeris ipsius dedit, uerita-

IX.

Dist. 38. c. fl.

X.

Gene. 1.

f temque



# CLEMENTIS

ratio irrationabilibus

Iohan. 8.

pura indeum fide aliorum pas. cu.

Matth. 17.

LUC. 17.

temq; inquirere præcepit. Sic & uerus nobis propheta enarrauit, & ipsa rerum ratio docet, solus enim homo est rationalis. Et consequens est, ut † rationalis in rationalibus dominetur. Hic enim ab initio, cum adhuc iustus esset, cunctis uiribus & omni fragilitate superior erat: Vbi autem peccauit, & factus est seruus peccati, simul & fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcirco scriptum est, ut sciât homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles. Et non solum impassibiles, uerum † & infidelium passiones curantes. Ita enim uerus ipse propheta promisit, dicens: Amen dico uobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transiet. Huius uocis etiam uos ipsi documenta cepistis, etiã facta quædam per magistros nostros, ipsos uidelicet Apostolos, non ignoratis. Quia astantibus nobis, eorum meritis Demones cum passionibus, quas hominibus inuexerant, transierunt & fugati sunt.

**XI.** Quia ergo alij quidem homines patiuntur, alij patientes † curant, causa sine dubio uel patiendi uel curandi noscenda est. Quæ nõ alia esse, quàm patientibus quidem infidelitatis, curantibus uero fidei, demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum dei iudicium, peccandi licentiam præbet. Peccatum uero hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum esse dei iudicium credens, continet homines à peccato. Non peccantes uero, non solum liberi sunt à dæmonibus & passionibus, uerum & aliorum dæmones & passionibus fugare possunt.

**XII.** Ex his ergo omnibus colligitur, quòd origo totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit mater omnium malorum. Quæ incuria quidam & ignauia gignitur, negligentia uero alitur & augetur, atq; insensibus hominum radicatur, dum amatur. Quam si quis forte doceat effugandam, uelut antiquis & hæreditarijs sedibus, moleste & indignanter † auellitur. Et ideo paululum laborandum nobis est † & indignandũ ignorantie præsumptioni, in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præuenti sunt per quas, quasi sub specie alicuius scientiæ, ignorantia † in his uehementius radicata est. Nihil enim grauius, quàm si id quod ignorat quis scire se credat, & defendat uerũ esse quod falsum est. Quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen

auertitur  
et indignantes  
ignorantie præ  
sumptione sci  
entiae ratione  
recesemus.

inutilis

men



# EPISTOLA III.

men & putet ipse, & dici à cæteris uelit. Ita sunt ergo & hi, qui ignorantes quod uerum est, speciem tamen alicuius scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt, atq; ad perniciẽ, quasi ad salutem festinant. Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem ueritatis, ut possimus, quasi lumine nobis inde succenso, errorum tenebras depellere. Grande enim malum est, ut diximus, ignorãtia. Sed quia substantiã non habet, facile ab his qui studiosi sunt effugatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi non agnouisse quod expedit. Vbi autem agnoueris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet ueritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest, nisi uerus propheta. Hæc enim porta est uitæ uolentibus ingredi, & semita operũ bonorum pergentibus ad ciuitatem salutis.

XIII.

Si quis sane audiens sermonem ueri prophetæ, uelit recipere aut nolit, & amplecti onus eius, id est, mandata uitæ, habet in sua potestate. Liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc esset ut audientes eum, iam non haberent in potestate aliud facere quàm audierant, uis t erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. At si rursum ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ uis t erat, quæ unum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum est animo, in quam uelit partem declinare iudicium suum, & quam probauerit eligere uiam; constat euidenter, inesse hominibus arbitrij libertatem.

XIII.

Homo liberũ habet arbitriũ

esset

esset

Eccle. 5.

Igitur priusquam audiat quis quod ei expedit, certũ est t quia ignoret, & ignorans uult & desiderat quod non expedit agere. Propter quod pro hoc non iudicatur. Cum uero audierit causas erroris sui, & rationem ueritatis acceperit, tunc si permanferit in his erroribus, quibus dudum fuerat præuentus, recte iam t uocatur ad iudicium, daturus pœnas, quia uitæ huius spatium, quod ad bene uiuendũ accepit, t in ludibrijs cõsumpsit error. Qui uero audiens hæc libenter accipit, & gratulat, bonorũ sibi doctrinã fuisse delatã, regrat intentius, & discere nõ desinat, usq; quo cognoscat, si est uere aliud seculum, in q̃ bonis p̃mia præparata sunt. Et cũ certus de hoc fuerit, gratias agere deo, q̃ sibi ueritatis lumẽ ostēderit. De cætero dirigat actus suos in omnib⁹ opibus bonis, quorũ sibi in futuro mercedẽ certus est præparatã, t admirãs per omnia & stupens cæterorum homi

XV.

quod

uocabitur.

in ludibriũ cõuertit errorũ

addo t esse



# CLEMENTIS

num errores, Et q̄ ante oculos positam ueritatem nemo uideat. Ipse  
autem † tamen gaudens super diuitijs sapientiæ quas inuenit, insatiabiliter  
festinans his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur, † æstimās  
ad seculum futurum mundo corde & pura conscientia peruenire,  
ubi etiam uidere Deum regem omnium possit. His autē omnibus  
carere nos & fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant ho-  
mines, quantum boni habeat scientia, ignorantia malum de se non  
patiuntur excludi. Nesciunt enim quanta sit in horum percuntatio-  
ne diuersitas.

**XVI.** Propter quod consilium do unicuiq; discendum, libenter præbere  
aurē uerbo dei, & cum amore ueritatis audire, quæ dicimus: ut mēs,  
optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nā  
si me † docente ea quæ ad salutē pertinent, recipere quis abnuīt, &  
animo prauis opinionibus occupato obsistere nititur, non ex nobis,  
docentem sed ex semetipso habebit causam pereundi. Debet enim iusto iudi-  
cio examinare quæ dicimus, & intelligere, quia uerba loquimur ue-  
ritatis: ut cognitis his quæ sunt, ut sunt, & in bonis actibus dirigens  
uiam suā, regni coelorum possit particeps inueniri, subiiciens sibi car-  
carnalia nis desideria, & dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat  
dominatoris omnium iocunda possessio. Nam qui permanet in ma-  
lo, & seruus est mali, non potest effici † portio boni, donec permanet  
in malo.

particeps Quia ab initio (ut ante iam diximus) duo regna statuit Deus, & po-  
testatem dedit unicuiq; hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad-  
**XVII.** obediendum ipse subiecerit. Et quia † finitum est apud deum, non  
posse unum hominem utriusq; regni esse seruum, omni studio date  
definitum operā, ut in boni regis aulam ualeatis iure concurrere. Propter hoc  
deniq; uerus propheta, cum esset præsens nobiscum, & quosdam ex  
diuitibus negligētes erga dei cultum uideret, huius rei ita aperuit ue-  
ritatem. Nemo potest (inquit) duobus dominis seruire. Et non po-  
testis Deo seruire & Mammonæ. Mammonam patria eorum uoce  
Matth. 6. diuitias uocans.

Luc. 16 Hic ergo uerus propheta, qui in Iudæa nobis apparuit, ut audistis,  
stans bene publice, sola iussione faciebat cæcos uidere, surdos audi-  
**XVIII.** re, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis uitam.  
Cumq; nihil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum præ-  
uide



# EPISTOLA III.

uidebat. Quod nulli est possibile nisi soli deo. Hic annūtiavit regnū dei, cui nos de omnibus quæ dicebat, tanquam uero propheta credimus, firmitatem fidei nostræ non solum ex uerbis eius, sed ex operibus assumentes. Quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præsentia eius exposuerāt, in ipso consignantur, & imagine gestorū Moyses & ante ipsum Patriarcha Iacob, ipsius per omnia typū ferebant. Tempus quoque aduentus eius hoc ipsum, in quo uenerat, prædictum ab his constat. Et super omnia quod esset à gentibus expectandus, sacris literis comprehensum est. Quæ in eo pariter uniuersa completa sunt.

Esa. 42.  
Hiere. 31.  
Malach. 1.

XIX.

prophetaſſe

Quod autem Iudæorum propheta prædixit eum à gentibus expectandum, supra modum in eo fidem ueram firmat. Si enim dixisset, à Iudæis expectandum, non aliquid eximium ꝑ prophetiæ uideretur, quod à contribuli populo & à propria gente speraretur is, cuius aduentus ad salutē Mundi fuerat repromissus. Videretur enim magis consequens ratio esse, ut hoc fieret, q̃ magnificentia prophetalis. Nunc autem, cum prophetae dicant, omnem illam spem, quæ de salute Mundi repromittitur, & nouitatem regni, quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo indicant, ad gentes esse transferenda, iam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodā uaticinatus euentu, magnificentia prophetica confirmat.

Iudæi namque ex initio affore aliquando hunc uirum, per quem cūcta repararentur, uerissima traditione susceperant, & quotidie meditantes ac prospicientes, quando eius fieret aduētus: Vbi adesse eum uiderunt, & signa ac prodigia (sicut de eo scriptum fuerat) adimplentem, inuidia excæcati, agnoscere nequiuerunt præsentem, In cuius spe lætabātur ꝑ absentis. Intellexerunt tamen sancti Apostoli, qui à deo electi sunt, & nos, qui post ab eis electi sumus. Hoc autem prouidentia dei factum est, ut agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, Et hi, qui nunquā de eo audierant, nec à prophetis didicerant, agnoscerent eum. Illi uero, qui quotidianis meditationibus euaneſcant, ignorarent. Ecce enim per uos nunc, qui præſentes estis, & desideratis audire doctrinā fidei eius, & agnoscere ꝑ quis & quomodo & qualis sit eius aduentus, prophetica ueritas adimpletur. Hoc em̃ prædixerant prophetae, quia à uobis quærēdus esset, qui de eo nunquam audistis, Et ideo uidentes in uobis ipsis prophetica dicta compleri,

XX.

absentes

quibus



# CLEMENTIS

Iohan. 8

Matth. 5

Deut. 6

ob id illis

16. q. 1. c. Cun-  
ctis.

Parochia

XXIII.

mentes

Matth. 5

pleri, huic uni recte credentes, hunc recte expectatis, de hoc recte in-  
quiritis: ut non solum expectetis eum, sed & hæreditatē regni eius  
credentes consequamini, secundū quod ipse dixit: Quia unusquisq;  
illius sit seruus, cui seipse subiecerit. Propterea ergo uigilate, & domi-  
num deum nostrum uobis conscribite dominū, qui & coeli ac terræ  
dominus est, & ad ipsius uos imaginem ac similitudinē reformate,  
Sicut ipse uerus propheta docet dicēs: Estote boni & misericordes,  
sicut & pater uester cœlestis misericors est, qui oriri facit solē suum  
super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hunc imita-  
mini, & hunc timete, sicut mādatum datur hominibus: Dominum  
deum tuum timebis, & illi soli seruiēs. Infidelibus quidē dormit do-  
minus, & absens habetur his, à quibus esse non creditur, & manda-  
tis eius non obediunt. Atq; † his uidet̃ quasi dormire dominus, quia  
pro peccatis suis non exaudiuntur.

XXI.

Quapropter cūctis fidelibus, & summopere omnibus Presbyteris  
& Diaconibus ac reliquis Clericis, attendendū est, ut nihil absq; licē-  
tia proprii Episcopi agant. Non utiq; missas sine eius iussu quisquā  
Presbyterorum in sua † Parœcia agat, non baptizet, nec quicquā  
absq; eius permissu faciat.

XXII.

Similiter & reliqui populi, maiores scilicet & minores, per eius licen-  
tiam, quicquid agendū est, agant, Nec sine eius permissu à sua Pa-  
rœcia abscedant, uel in ea aduentantes morari præsumant. Animæ  
enim eorū ei creditæ sunt, ideo omnia eius consilio agere debent, &  
eo inconsulto nihil. Quicunq; enim obediunt Episcopis suis, uiden-  
tur quidem aliquid gratiæ conferre deo. Qui aut̃ eis non obediunt,  
indubitanter rei & reprobī existunt. Porro ipsi à deo donum summi  
muneris consequunt̃, qui iustitiæ & præcepti eius semitas incedētes,  
suis doctoribus, qui recte Episcopi intelligunt̃, libēter obediūt.

De quibus & B. Petrus, instructor & ordinator noster, & Princeps  
Apostolorū, manifeste cunctos audientes instruebat dicens: Viden-  
tur mihi, qui loquuntur uerbū ueritatis, & qui illuminant † animas  
hominum, similes esse radijs solis, qui ut processerint & apparuerint  
Mundo, celari ultra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam  
uidentur ab hominibus, q̃ uidere omnibus præstant. Vnde & bene  
ipsa ueritas ad ueritatis præcones ait: Vos estis lux Mundi, & non  
potest ciuitas abscondi supra montē posita, neq; accendunt lucernā

& po



## EPISTOLA III.

& ponunt eam sub modio, sed super candelabrū, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Siquis ergo his obedierit, deo (ut dictū est) magnū munus offert. Qui autē his restiterit, aut inobediēs extiterit: non his, sed domino saluatori, cuius legatione funguntur, resistit.

2. Cor. 5

Propter quod primū est omnium, iustitiam dei regnumq; eius inquirere, & suis iussionibus obtemperare. Iustitiā quidem, ut recte agere doceamus. Regnum uero, ut quæ sit merces posita laboris & patientiæ nouerimus. In quo est bonis quidē æternorū bonorū remuneratio. His autem, qui contra uoluntatem eius egerūt, pro unicuiusq; tactis pœnarum digna restitutio.

XXIII.

doceantur

gestis

Hic ergo, hoc est, in presenti uita positos, oportet uos agnoscere uoluntatem dei, ubi & agendi & sacrificandi est locus. Quoniā in alijs locis sacrificare & missas celebrare nō licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenēte uidelicet ciuitatem, consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda nec rite celebranda, docente nos nouo & ueteri testamento. Hæc Apostoli à domino acceperunt, & nobis tradiderunt. Hæc nos docemus, uobisq; hæc omnibus absq; reprehensione tenere & docere, quibus agendum est, mandamus.

XXV.

De conse. dist.  
1. c. Hic ergo.

Vnaquæq; etenim res suum tempus habet & locum. Operum hic locus est, tempus uero est meritorū seculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporū permutantes, primō, quæ sit dei iustitia, requiramus: † uitamq; in terra acturi, abundantibus ac bonis operibus repleamus, quo possimus ad regnum dei, tanquam ad urbem maximam, peruenire. Deus enim his qui recte sentiunt, per ipsa opera Mundi quæ fecit, manifestius est, ipsius creaturæ suæ utenstestimonio. Et ideo cum de deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus & regno. Idcirco persuadeo priūm iustitiam eius requirendam, ut per hanc iter agentes, & in uia positi ueritatis, uerum prophetam inuenire possimus, non uelocitate pedum, sed bonorum operum uelocitate currentes, ut ipso duce usi nullum uitæ huius patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes ingredi merebimur illā, quo peruenire cupimus, ciuitatē, omnia iam, de quibus quærit, oculis uidebimus, tanq; hæredes omniū facti.

XXVI.

uitā, quā interim acturi sumus,

Rom. 8

Intelligite itaque, uiam esse hunc uitæ nostræ cursum: uiatores eos qui nos instruunt, uel qui bona opera gerunt, portam uero prophetam,

XXVII.



# CLEMENTIS

Matth. ult.

tam, de quo dicimus: Urbem esse in quo residet omnipotens pater, quem soli uidere possunt hi qui mundo sunt corde. Non ergo uobis difficilis uideatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit. Nam & ipse uerus propheta, ab initio Mundi per seculum currens, festinat ad requiem, adest enim nobis omni die. Et si quādo necesse est, apparet, & corrigit nos, ut obtemperantes sibi ad uitam perducat æternam.

XXVIII.

Matth. 10.

Luc. 10.

Mar. 6.

De his autem, qui negligunt uiam suam salutis, & adhuc non bene fideles, & præceptis eius suorumq; Pontificum iussionibus inobedientes uel contumaces eius existunt, Dominus noster Iesus Christus, mittens discipulos suos, præcepit nobis dicens: In quācunq; ciuitatem aut domū introieritis, dicite, pax huic domui. Et si quidem fuerit (inquit) ibi filius pacis, ueniet super eam pax uestra: si uero nō fuerit, pax uestra ad uos reuertetur. Exeuntes autem de domo uel ciuitate illa, etiam puluerem, qui adhæserit pedibus uestris excutite super eos. Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorræorū in die iudicii, q̄ illi ciuitati uel domui. Quod utiq; ita demum fieri præcepit, si prius in ciuitate uel domo ueritatis sermo prædicetur: ex quo uel recipientes ueritatis fidem, filij pacis & filij dei fiant. Vel non recipientes, arguātur quasi inimici pacis & dei.

XXIX.

Ita ergo & nos, Magistri instituta sectantes, pacem primo proponimus auditoribus, ut absq; ulla perturbatione possit uia salutis agnosci. Quod si quis pacis uerba non suscipit, neq; adquiescit ueritati, sci mus aduersum eos pugnam uerbi mouere & urgere, acrius confutādo ignorantiam, & redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra ueniat super eum. Ab eo aut, qui se alienū pacis effecerit, regrediet ad uos pax uestra. Et si iterum in mandatis habemus, ut uenientes ad ciuitatem, disca-

XXX.

Matth. 10.

nosse.

Matth. 7.

mus prius, quis in ea dignus sit, ut apud eū cibum sumamus. Quanto magis conuenit + noscere, quis qualis ue sit is cui immortalitatis uerba credenda sunt. Solliciti enim & ualde solliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos, sed & alias ob causas utile est, uiri huius me habere notitiam. Si enim sciā, quia in his, de quibus non potest dubitari, q̄ bona sint, emendatus est & inculpabilis: Hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis & humanus est, que utiq; bona esse nullus ambigit: tunc consequens uidebitur, ut ei qui obti-



### EPISTOLA III.

obtinet bona uirtutum, etiam quod deest fidei et sciētiæ conferatur. Et in quibus maculari uidetur eius uita, quæ est in reliquis probabilis, emēdetur. Si uero in his quæ palàm sunt, peccatis inuolutus permanet & † inquinatus, nō me oportet aliquid de secretioribus & re- inquinatur motis diuinæ sciētiæ proloqui, sed magis protestari, & cōuenire eū, ut peccare iam desinat, & actus suos à uitijis emēdet. Quod si ingel-  
ferit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere, auditori causæ utile non uidetur, ne forte æsti-  
ment nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, non intelligentia propositi nostri.

Magna contumelia & graue nobis erit peccatum, si ita desipiamus, XXXI.  
ut uideamus eum, qui Idola colit, esse sobrium: Nos qui deum colimus, sobrii esse recusamus. Non hoc sit inter nos, sed magnum ha- Matth. 5.  
beamus studium, ut si illi, qui errant, homicidium non faciūt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non cōmittūt, nos nec cōcu-  
piscamus quidē alienā mulierē. Si illi amant proximos suos, nos dili- Luc. 6.  
gamus etiam inimicos nostros. Si illi mutuo dant his qui habēt unde reddāt, nos etiam his demus à quibus accipere non speramus. Et  
per omnia nos † quia æterni seculi hereditatem speramus, debemus qui  
præcellere eos qui præsens tantum seculum norunt, scientes, quia si  
opera illorū, nostris operibus collata in die iudicij, similia inueniant  
ac paria, cōfusio nobis erit, q̄ æquales inuenimur in operibus his, q̄  
propter ignorantiam condēnantur, & nullam spem futuri seculi ha-  
buerūt. Et uere digna cōfusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his,  
quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales  
his inueniri in operibus bonis, quid erit nobis, si inferiores nos ac de-  
teriores examinatio futura reperiatur?

Audite ergo, quomodo de his nos ipse uer<sup>9</sup> propheta docuerit. Ad XXXII.  
eos enim qui † negligenter audiunt uerba sapientiæ, ita ait: Regina negligunt au-  
Austri surget in iudicio, cum generatione hac, & condēnabit eam, dire  
quia uenit à finibus terræ audire sapientiā Salomonis, & ecce plusq̄ Matth 12.  
Salomon hic, & non audiunt.

Ad eos uero, qui de malis actibus gerere poenitentiam detrecta- XXXIII.  
bant, ita ait: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac,  
& condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in prædicatione

g      Ionæ



## CLEMENTIS

Ionæ, & ecce plus q̃ Iona hic. Videtis ergo, quomodo eos, qui erudi-  
diebantur ex lege, adductis ad exemplum illis, qui ex gentili ignorā-  
tia ueniebant, et ostendens eos nec illis æquales esse, qui in errore po-  
siti uidebantur, ex ipsa tantum comparatione condemnauit.

**XXXIII** Ex quibus omnibus sermo, quem proposuimus, approbatur, ut ca-  
stimoniam, quæ aliquatenus etiam ab his, qui in errore positi sunt, cu-  
stoditur, multo plus & attentius, & per singulas quasq; (sicut supra  
ostendimus) species, à nobis, qui ueritatē sequimur, teneatur: eo ma-  
gis, quo apud nos obseruantia eius præmia æterna sunt posita. Ali-  
ter enim nemo saluus esse poterit, nisi obseruationibus pro uiribus  
dederit. operam t det. Deus uos in sua uoluntate, unumquēq; in suo ordine  
semp custodiat fratres, & sibi placere in omnibus concedat. Amen.

## ELENCHVS CA-

PITVLORVM QVARTAE EPI-  
stolæ Beati Clementis.

- 1 Episcopos ad lucrandas animas consecrari, ut à uia ueritatis errā-  
tes ad portum salutis reducant.
- 2 Cor hominis esse ut agrum, Sermonem ueritatis ut colonum.
- 3 Salutarem esse indignationem, qua homo irascitur sibi ipsi quòd  
errauit & perperam gessit.
- 4 Eiusmodi iracundiæ ignem esse, quē Christus uenit mittere in ter-  
ram, ut accendatur.
- 5 Filium separari à patre, salutis causa, per uerbū dei quod est gla-  
dius quem misit Christus.
- 6 Quomodo iustum sit filios separari à parentibus.
- 7 Christianorū esse, pro inimicis & persecutoribus suis orare.
- 8 Parētes nostros nō esse uitæ nostræ autores, sed ministros, Deū  
uero esse autorem
- 9 Ignorare deū uerū, nō ex impossibilitate, sed ex ignauia uitio eē.
- 10 Quomodo per simulachra possit aperiui cognoscēdi deū uerū.
- 11 Propter hominem omnia facta esse, ut ex eis homo creatorem  
suum agnoscat.

Cur



## EPISTOLA III.

- 12 Cur hominē ex aqua renasci oporteat in remissione peccatorū.
- 13 Hominem, quantumcunque bona opera iustitiamq; colentem, saluari non posse nisi baptizetur.
- 14 Quid ad dei cultum conferat baptismus.
- 15 In baptismo esse misericordiā, quæ ab initio ferebat sup aquas.
- 16 Tam iusto q̄ iniusto necessarium esse baptismum.
- 17 Absq; confirmatione, per quam datur ab Episcopo septiformis gratia spiritus, non esse perfectum Christianum.
- 18 Honorem dei esse, facere sicut ipse uult & ita uiuere.
- 19 Ne quis Christianorum, qui cæteris mundiores esse debent, cōmisceatur menstruata.
- 20 Aqua corpus abluere bonum est, si mens prius sit purificata, ne fiat hypocrisis.
- 21 Non libidinis causa, sed posteritatis reparandæ gratia, coniugio bus utendum esse.

## EPISTOLA QVAR

TA SANCTI CLEMENTIS PAPAE,  
scripta discipulis, qui maiorū hominum persuasionibus aliis  
quatenus deuiarunt, & his atq; gentibus, inter quas  
habitant, directa.



LEMENS VRBIS ROMAE

Episcopus, charissimis fratribus Iulio & Iuliano, ac reliquis consodalibus nostris, gentibusq; quæ circa uos sunt.

Oportet fr̄es, oēs Doctores qui ad salutē animarū instituti sunt, & ad lucrandas aīas Ep̄i sunt cōsecrati, pro cūctis sollicitudinē gerere,

† & à uia ueritatis errātes, ad portū salutis re-

ducere. Et licet propter gētes, quæ circa uos sunt, in modico uos errasse contigerit, melius tñ est, redire ad ueritatis uīā, q̄ diutius in ipso errore perdurare. Quoscunq; enim de his, qui uos errare fecerunt, uel de his qui adhuc uerbum prædicationis non audierunt, potestis,

g

2

uobiscum

I.  
& errātes ad  
uīā ueritatis  
& ad por. sa.  
re.



## CLEMENTIS

vobiscū assumite, & ad uiam ueritatis reducite: Ne infructuosi, sed fructuosi domino inueniamini.

II. Et quoniamquidē, sicut terra à cultore neglecta, spinas & tribulos necessario producit: Ita sensus uester, longi temporis incuria, multas & noxias opiniones rerum, & intelligentias falsæ scientiæ germinauit. Opus est nunc multa diligentia, ad excolendum rus mentis uestræ: ut hic sermo ueritatis, † quasi uerus & diligens cordis colonus, assiduus uos excolat disciplinis. Vestrum ergo est, præbere obedientiam, & occupationes ac sollicitudines superfluas amputare, Ne bonum uerbi semen enecet noxium germen. Potest enim fieri, ut multi temporis negligentiam breuis & assidua reparet diligentia. Incertum namq; est uniuscuiusq; uitæ tempus. Et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina præueniat. Et ob hoc acrius nitendum est, ut dum est temporis spatium, collecta malæ cōsuetudinis uitia resecentur.

III. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodāmodo aduersum uosmetipsos pro his, quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est iusta & necessaria iracundia, ut unusquisq; † in his quibus errauit & perperā gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui uelut agro sterili immissus, consumptis & excoctis radicibus pessimæ uoluptatis, bono semini uerbi dei fecundiores cordis præparet glebam. Puto autem q̄ satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus iustissimus ignis iste concalescat, si consideretis, in quantos uos errores deduxit ignorantia malum, quantosq; lapsus & quanta præcipitia ad peccandum dedit, à quantis uos bonis abstraxit, & in quæ præcipitauit mala, & quod est super omnia grauius, q̄ uos in futuro seculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, ubi uobis ueritatis lumen effulsit, ignis iustissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ deo placitæ intra uos consurgit incendium, quo consumatur & radicatus intereat omne germen, si quod forte intra uos malæ concupiscentiæ pullulauit.

III. Vnde & ipse qui misit nos, cum uenisset, & omnem Mundum uideret ad malitiam declinasse, non contiuo ei pacem in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantia eius ruinis scientiam ueritatis opposuit. Vt si qui forte resipiscerent, & lumen ueritatis.



### EPISTOLA III.

ritatis aspicerent, deceptos se, & in præcipitio erroris abstractos, merito dolerent, & iracundiæ salutaris ignem, aduersum deceptricem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaq; dicebat: Ignem ueni mittere in terram, quem uolo ut accendatur. Luc. 12

Est ergo pugna quædam † quærēda nobis in hac uita. Sermo enim ueritatis & scientia, necessario separat homines ab errore & ignorantia. Sicut sæpe uidemus putrefactas & mortuas corporis carnes à cōnexione uiuentium membrorum ferro secante separari. Tale ergo aliquid est, qđ agit ueritatis † assertio. Necesse est enim ut salutis causa filius, uerbi gratia, qui sermonem receperit ueritatis, à parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur à filijs, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos & consanguineos, credētes atq; incredulos, scientiæ atq; ignorantia, ueritatisq; & erroris pugna con- V.  
quæ gerenda  
nobis est  
  
agnitio

surgit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos misit: Non ueni mittere pacem in terram, sed gladium. Sed dicit aliquis: Et quomodo iustum uidetur, separari filios à patribus? Audi quomodo, quia si cum ipsis in errore permaneant, neq; illis proderunt, & ipsi cum illis pariter interibunt, iustū igitur & ualde iustum est, separari eum qui † fœda uult ab eo qui non uult. Sed illud aduerte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, uenit ista separatio. Illi enim uellēt esse pariter, & prodesse his, & docere meliora. Sed est istud proprium ignorantia uitium, ut confutantem se ueritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam ueritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tanquam à bono deo datam, cupiunt eam, si fieri potest, cum omnibus habere communē, etiā cū his qui oderunt eos & persequuntur. Sciunt enim peccatū ipsorū causam ignorantia esse. VI.  
Matth. 10  
  
sedari

Propterea idem ipse magister, cum ab his qui ignorabant eum, duceretur ad crucem, orabat patrem pro interfecto-ribus suis, & dicebat: Pater, dimitte his peccatum, nesciūt enim quid faciunt. Imitantes quoq; discipuli magistrum, etiam ipsi, cum paterentur, similiter pro interfecto-ribus & persecuto-ribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiā pro interfecto-ribus & persecuto-ribus nostris, Quomodo non etiam parentū & propinquorū persecutiones ferre, & pro conuersione eorum † orare debemus? VII.  
  
Luc. 23  
  
credimus

Tum deinde etiā illud diligentius consideremus, quæ sit nobis cau- VIII,



# CLEMENTIS

sa parentes diligendi. Pro eo, inquit, quod uitæ nostræ uidentur au-  
tores. Autores uitæ nostræ parētes non sunt sed ministri. Non em̄  
uitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc uitam exhibent mini-  
sterium. Autor autem uitæ unus & solus est Deus. Si autem auto-  
rem uitæ diligere uolumus, illum nobis esse diligendū sciamus.

**IX.** Sed illum, iuquiunt, cognoscere non potuimus, Istos autem & no-  
uimus & in affectu habemus.† Ergo non potuistis cognoscere quid  
sit Deus: qui tamen non sit deus per facile scire potuistis. Nam quo-  
modo latere potuit hominem, quod lignum aut lapis aut æs, uel alia  
huiusmodi materia deus non sit? Quod si in his, quæ facile deprehē-  
dere potuistis, animum ad † sciēdum nolulistis intendere, certum est,  
quia in agnitione dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignauiae  
uitio.

discutiendum  
item, discēdū

**X.** Nam si uoluissetis, ex ipsis † mutis simulachris profecto accepissetis  
intelligētiae uiam. Certū est, quia per ferrum facta sunt simulachra,  
ferrum uero per ignem confectum est. Qui ignis aqua extinguitur,  
Aqua autem per spiritum mouetur, Spiritus autem à Deo initiū ha-  
bet. Sic enim dicit Moyses propheta: In principio fecit Deus cœlū  
& terram. Terra autem erat inuisibilis, & incomposita, & tenebræ  
erant super faciē abyssi, & spiritus Dei erat super † eam. Spiritus ius-  
su dei, quasi ipsa cōditoris manus, lucem separauit à tenebris, & post  
illud inuisibile cœlum istud uisibile produxit, ut superiora quidem  
habitacula faceret Angelis, inferiora uero hominibus.

inutilibus  
stē, fictilibus

Gen. 1

aquas. Qui spi-  
ritus

**XI.** Propter uos ergo, iussu dei, aqua, quæ erat super faciem terræ, seces-  
sit, ut terra uobis produceret fructus. Cui etiam † humoris uenas la-  
tenter inseruit, ut uobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter  
uos producere iussa est animantia & omnia quæ uestro usui uolun-  
tatiq; seruirent. An non propter uos uenti spirant, ut ex ipsis concipi-  
ens fructus uobis terra † parturiret? Non propter uos hymbres per-  
fluunt, & tempora uicissitudines mutant? Non propter uos Sol ori-  
tur & occidit, & mutatiōes Luna perpetitur? Propter uos mare ex-  
hibet famulatum suum, ut uobis ingratis cuncta subiaceāt. Nonne  
pro his omnibus iusta erit ultionis pœna, quia horum omnium lar-  
gitorem, quem ante omnia & agnoscere & uenerari debuistis, so-

parturiat

**XII.** lum præ cæteris ignoratis?  
Sed & nunc uos adhuc ad † intelligentiam eius duco, uidetis ete-  
nim,

intellectum

nim,



## EPISTOLA III.

nim, quod omnia gignuntur ex aquis. Aqua uero per unigenitum  
 ex initio facta est. Unigeniti uero omnipotens Deus caput est, per  
 quem tali ordine, ut supra diximus, peruenitur ad patrem. Cum au-  
 tem perueneritis, agnoscite hanc esse uoluntatem eius, ut per aquas,  
 quæ primæ † creaturæ sunt, denuo renascamini. Qui enim regene-  
 ratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, hæres efficitur eius,  
 à quo in † corruptiōe generatus est. Propter quod paratis animis ac-  
 cedite quasi filij ad patrem, ut peccata uestra diluantur, & causa eo-  
 rum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agni-  
 tionem horū permanetis in incredulitate, uobis iam perditionis ue-  
 stræ causa & non ignorantia reputabitur.

1. Cor. II

creata

icorruptione

Nec putetis quod etiam si omnem pietatem colatis, omnemq; iusti-  
 tiam, Baptismum uero non accipiat, spem possitis habere apud de-  
 um: immò maiori poena digni eritis, quia bona opera non bene ope-  
 rati estis. Confertur enim meritum boni † homini ex bonis gestis,  
 sed si ita gerantur, sicut deus iubet. Deus autem iussit omnem colen-  
 tem se, baptismo consignari. Quod si uos renueritis, & uestre uo-  
 luntati magis quàm Dei obtemperetis, contrarij sine dubio & inimi-  
 ci estis uoluntati eius.

XIII.

hominis

Sed dicitis fortasse: Quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum?  
 Primo quidem, quia quod Deo placuit impletur: Secundo, quia re-  
 generatis ex aquis, & Deo † renouatis, fragilitas prioris natiuitatis,  
 quæ uobis per hominem facta est, amputatur: & ita demum perue-  
 nire poteritis ad salutem, Aliter impossibile est. Sic enim nobis cum  
 sacramento uerus propheta testatus est, dicens: Amen dico uobis,  
 nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua uiua, non introibit in regnum  
 coelorum.

XIIII.

renatis

Iohan. 3

Et ideo accelerate. Est enim in aquis istis misericordia eius quædam,  
 quæ ex initio ferebatur super eas, & agnoscit eos qui baptizantur  
 sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de supplicijs futu-  
 ris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismū con-  
 secratas. Confugite ergo ad aquas istas. Solæ sunt enim quæ pos-  
 sunt uim futuri ignis extinguere. Ad quas † qui moratur accedere,  
 cōstat in eo infidelitatis adhuc † idolum permanere, & ab ipso pro-  
 hiberi, ad aquas, quæ salutem conferunt, properare.

XV.

Gen. I

Matth. ult.

quisquis  
dolum

Siue enim iustus siue sit iniustus, baptismū per omnia necessariū est:

XVI.

Iusto



# CLEMENTIS

Sacramentum  
confirmatiōis.

Iusto quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, et regeneretur deo: In  
iusto uero, ut peccatorum, quæ gessit, remissio concedatur. Omni-  
bus ergo festinandum est, sine mora renasci deo, & demum consignari  
ab episcopo. Id est, septiformem gratiam spiritus sancti percipere.  
Quia incertus est uniuscuiusque exitus uitæ.

XVII.

remanferit.

Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septifor-  
mi spiritus gratia ab episcopo, ut memoratum est, confirmatus: Quia  
aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere  
inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut uoluntate perman-  
ferit, ut à Petro accepimus, & cæteri sancti Apostoli, præcipiente  
domino, docuerunt. Et demum ex operibus bonis ostendat in se si-  
militudinem eius, qui eum genuit, patris.

XVIII.

Post hæc uero agnoscat deum honorare. Honor autem eius est, ut  
ita uiuat sicut ipse uult. Vult autem unumquemque ita uiuere, ut ho-  
micidium & adulterium nesciat, odium & auaritiam fugiat, iram, su-  
perbiam, iactantiam respuat & excretur. Inuidiam quoque & cætera  
his similia penitus à se ducat aliena.

XIX.

ducit

Leui 18. & 20.

Catharoi. i.

mūdi seu puri

addo tñ nō

Est sane propria quædam nostræ religionis obseruantia, quæ non  
tam imponitur hominibus, quam proprie ab unoquoque deum colente causa  
puritatis expetitur. De castimoniam dico cautela. Cuius species mul-  
tæ sunt, sed primo, ut obseruet unusquisque, ne menstruata mulieri  
misceatur. Hoc enim execrabile dicit lex dei. Quod si lex de his non  
admonuisset, nos ut Cathari libenter uoluermur in stercore, debe-  
mus aliquid amplius habere ab animalibus, utpote rationabiles ho-  
mines & cœlestium sensuum capaces. Quibus summi studij esse de-  
bet, ab omni iniquinamento cordis conscientiam custodire.

XX.

sed imitatio  
quedā sit.

Matth. 23.

Mar. 7.

LUC. 11.

Bonum est autem, & puritati conueniens, etiam corpus aqua dilue-  
re. Bonum uero dico, nam quasi principale illud, in quo mens purifi-  
catur, t quod sequela sit illius boni hoc, in quo diluitur. Sic enim &  
Magister noster, quosdam Phariseorum & scribarum, qui uideban-  
tur esse cæteris meliores, & à uulgo separati, increpabat, dicens eos  
Hypocritas, quia ea solummodo quæ hominibus uidebantur purifi-  
cabant, corda uero, quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebat &  
sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes, dicebat: Væ uo-  
bis scribæ & pharisæi Hypocrite, quia mudatis calicis & parapsidis  
quod de foris est, intus autem plena sunt sordibus, Pharisee cæce,  
munda



## EPISTOLA IIII.

munda prius quod intus est, & quod deforis erit mundum. Vere enim si mens mundetur luce scientiæ, cū ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam eius quod deforis est † hominis, ipsa necessario cum hominibus ram gerit, id est carnis sue, ut & ipsa purificetur. Vbi autem ista que deforis est purificatio carnis negligitur, certum est ibi neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri: ergo fit, ut is, qui intrinsecus mundus est, mūdetur sine dubio & extrinsecus. Non semper autem is, qui mundatur extrinsecus etiam intrinsecus mūdus est, uidelicet cum agit hæc, ut hominibus placeat.

Sed & illa species castimonie obseruanda est, uti ne passim ac libidine solius causa fœminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia. Quæ obseruantia cum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationabilibus & deum colentibus obseruetur. Ergo omnes peccauerunt, et egent auxilio dei. Propter quod charissimi, sectamini semper charitatem, et æmulamini meliora & spiritalia, & adiuuate uos inuicem, ut deo semper in omnibus placere ualeatis. Amen.

XXI.

Roma 3.

1. Cor. 3.

# ELENCHVS CA-

PITVLORVM QVINTAE EPI-  
stolæ Beati Clementis.

- 1 De commendatione uitæ communis inter Christianos, qualis ab initio fuit.
- 2 Ne quis scripturas male interpreteſ iuxta sensum proprium.
- 3 Intelligentiam scripturarum ab eo discendam esse, qui eam à maioribus accepit.
- 4 Non absurdum esse, ex liberalibus studijs quædam ad assertio- nem ueri dogmatis conferre.
- 5 Neminem retardare debere pœnitentiam, quia omnibus incertum est uitæ tempus.

Finis Capitulorum Beati Clementis.

Summa, 153.

h

Epistola



# EPISTOLA QVIN-

TA SANCTI CLEMENTIS PAPAE,  
De cōmuni uita & reliquis causis, suis discipulis scripta.

In decretis 12.  
q. 1. c. Dilectis-  
simis,



I.

ILECTISSIMIS FRATRI-  
bus et condiscipulis Hierosolymis cum cha-  
rissimo fratre Iacobo Coepiscopo habitanti-  
bus, Clemens Episcopus.

Cōmunis uita fratres omnibus est necessa-  
ria, & maxime his, qui deo inreprehensibili-  
ter militare cupiunt, & uitam Apostolorū  
eorumq; discipulorum imitari uolunt. Cō-

dicit esse  
aliud

munis enim usus omnium, quæ sunt in hoc Mundo, omnibus esse  
hominibus debuit: sed per iniquitatem alius hoc suū † dicit, & alius  
† illud. Et sic inter mortales facta diuisio est. Deniq; Græcorū qui-

hor. hor. f. m.  
sapi. in. sol. an  
1027

dam sapientissimus, hæc ita sciens esse, ait: Cōmunia debere esse ami-  
corum omnia. In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges. Et si  
cut non potest (inquit) diuidi aër, neq; splendor solis, ita nec reliqua,  
quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habēdum,  
diuidi debere, sed habenda esse cōmunia. Vnde & dominus per pro-

Psal. 132.

phetam loquitur dicens: Ecce q̄ bonum & q̄ iocundū, habitare fra-  
tres in unum. Istius enim consuetudinis more retento, etiam Apo-

Act. 2 & 4.

stoli eorumq; discipuli (ut supra dictum est) unā nobiscum & uobi-  
scum communem uitam duxere. Vnde, sicut bene nostis, erat mul-  
titudinis eorum cor unum & anima una. Nec quisq; eorū aut nostrū  
de his quæ possidebat aliquid suum esse dicebat. Sed & omnia illis  
et nobis erant communia. Nec quisq; egens erat inter † nos. Omnes

eos

uero, qui domos uel agros possidebant, uēdebant eos, & pretia eorū  
& reliquas res quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes Apo-  
stolorum. Sicut uobiscum quidam uestrum cognouerunt & uide-  
runt, & diuidebantur singulis, pro ut cuiq; opus erat. Ananias autē

Act. 5.

uir austerus et Sapphira uxor eius, qui mētiti sunt Apostolis de pre-  
tio agrorum suorum, quos uendiderant, nobis præsētib; in con-  
spectu omnium circūstātium, à conspectu Apostolorum, propter  
peccatum eorū, et mendaciū, quod fecerunt, mortui elati sunt ambo.

Cætera



## EPISTOLA V.

Cætera quæ de talibus cognouimus & uidimus, nec recordatione nec demonstratione digna sunt.

Quapropter hæc nobis cauenda esse mādamus, & doctrinis & exē II.  
plis Apostolorū obedire præcipimus. Quia hi, q̄ eorū mandata post  
ponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum uobis ca  
uenda, sed et omnibus prædicanda sunt. Relatum est etiam nobis, q̄  
quidam uestris in partibus cōmorantes, aduersantur sanis doctrinis,  
et pro ut eis uidetur, non secundū traditionem patrum, sed iuxta suū  
sensum docere uidetur. Multas em̄ quidā (ut audiui⁹) uestrarū par  
tiū † secundū ingeniū hoīm ex his q̄ legūt uerisimilitudines capiūt.  
Et ideo diligēter obseruandū est, ut lex dei, cū legi⁹, non secundum  
propriā ingeniū uirtutē uel intelligētiā legat⁹ uel doceat⁹. Sūt em̄ mul  
ta uerba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eū sensum, quē si  
bi unusquisq; sponte præsumpsit. Sed sic fieri nō oportet. Non em̄  
sensum † extrinsecus ab alteris alienū & extraneū debetis quærere,  
aut quoquo modo ipsum scripturarum autoritate confirmetis, sed  
ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis.

ingeniosi ho  
mines  
Dist. 37. c. Relā  
tum.

quē intrinsec⁹  
adulteratis

Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eā à III.  
maioribus secundum ueritatem sibi traditā † seruauit: ut & ipse pos  
sit eam, quam recte suscepit, competenter asserere.

seruat

Cum em̄ ex diuinis scripturis integrā quis & firmā regulā ueritatis su III.  
sceperit, absurdū non erit, si aliquid etiā ex eruditiōe cōmuni ab libe  
ralibus studijs, q̄ forte in pueritia attigit, ad assertionē ueri dogmatis  
cōferat: Ita tñ, ut ubi uera didicit, falsa & simulata declinet.

Incertū est em̄ etiā iuuenibus uite tēpus. Senib⁹ aut iā nec incertū ē. V.

Nō em̄ dubitat⁹, q̄ quantūcunq; est, q̄d putat⁹ superesse, breue sit. Et  
ideo tā iuuenes q̄ senes oportet de cōuersiōe & pœnitētia ualde esse  
solicitos, et satis agere, ut de reliq; ornēt animā suā ornamētis dignissi  
mis. Id est, dogmatibus ueritatis, decore pudicitie, splēdore iustitiæ,  
cādore pietatis, alijsq; omnibus, quibus cōptā decet esse rationabile  
mentē. Vnde cōsiliū dātes, uestrā prudentiā hortamur, ut ab Apo  
stolicis regulis nō recedatis, sed cōmunē uitā ducentes, & scripturas  
sacras recte intelligētes, quæ dño † sunt placita, uos ea salubriter ad  
implere satagatis, ut oratiōe assidua cū dei gratiā merueritis, tūc sine  
suspicionē mali interitus uota † possint celebrari festiua. Deus autē  
pacis sit cum omnibus uobis. Amen.

uouistis

possitis cele  
brare



# 20 ELENCHVS CA-

## PITVLORVM EPISTOLAE PRIMAE mæ Beati Anacleti Papæ,

- 1 Patientiam in aduersis constanter ferendam esse, exemplo Iob,  
& saluatoris nostri.
- 2 In persecutionibus gaudendum, quia communicantes passioni  
bus Christi, cum eo conregnabunt.
- 3 Ecclesiam similem esse naui magnæ, quæ uiros multos per undo  
sum pelagus in urbem aliquam portat.
- 4 Ne quis sacerdotibus Dei detrahat aut eos accuset.
- 5 Apostatas neq; in accusatione neq; in testimonio contra Christi  
anos suscipiendos esse.
- 6 Ne inuicem iudicemus, alter alterum, Offendens enim in uno, fa  
ctus est omnium reus.
- 7 Fidẽ ac doctrinã apostolorum nõ maculandã esse uarijs doctrinis.
- 8 Eos, qui seruos dei accusant ut emendent, similes esse ei, qui Solẽ  
facibus adiuuare certat.
- 9 Datam esse Satanæ potestatẽ, ut cribret seruos Christi, sic enim  
separatur triticum à palea.
- 10 Nihil pastori illo miserius, qui luporum laudibus gloriatur.
- 11 Nobis Christi & Apostolorum uestigia in tribulationibus sequen  
da esse, ut abnegemus nosmetipsos.
- 12 Ne errore tuo alienas culpas asserere uelis.
- 13 Ne uexentur Deo sacrificantes, sacrificare aut debent non ubiq;  
sed in locis Deo sacratis.
- 14 Vt Episcopo sacrificanti plures assistant testes q̃ alij sacerdoti,  
præsertim in diebus festis.
- 15 Vt peracta consecratione omnes communicent, qui nolint Ec  
clesiasticis carere liminibus.
- 16 Vt docti sint sacerdotes, quo & ceteros instruãt & sibi proficiãt.
- 17 Non omni spiritui credendum esse, sed persistendum in eo quod  
ab initio audiuius.
- 18 Eos, qui ex deo nati sunt, iustitiam facere, & non peccare.

De



- 19 De charitate fraterna, ut diligamus non uerbo neque lingua, sed opere & ueritate.
- 20 Hominis decus esse, assimilari deo in uirtutibus: dedecus, assimilari iumentis insipientibus.
- 21 Non esse nobis meliorem Consiliarium aut protectore[m] q[uam] Christum dominum, in quem curam nostram iactemus.
- 22 Eum, qui Christi & Ecclesie pecunias rapit, aufert aut fraudat, homicidam esse & sacrilegum.
- 23 Vt Ecclesiarum ac sacerdotum Priuilegia maneant inuiolata, & non sint peregrino iudicia.
- 24 Quomodo terminanda sint negotia causarum inter Christianos, tam Ecclesiastica q[uam] secularia.
- 25 Ad quos maiora negotia difficiliore[sq] causae referri debeant.
- 26 Vt maiores ac difficiliore[s] quaestiones semper ad Sedem referantur Apostolicam.
- 27 De constantia seruanda contra eos qui aduersa sapiunt, & non quae dei sunt.
- 28 Ne excidamus a propria firmitate per errores insipientium qui segregant semetipsos.

# ✠ EPISTOLA PRI-

MA ANACLETI PAPAE, DE OPPRESSIONE & laceratione Christianorum, & q[uod] Ecclesia naui comparetur &c.



ANACLETVS SERVVS IESU Christi, in sede Apostolica domino seruans, omnibus Episcopis & caeteris cunctis fidelibus, qui coaequalem nobiscum sortiti sunt fidem. Gratia uobis & pax atq[ue] consolatio, multiplicentur a domino † in Ecclesia. in seculo  
1. Pet. 1  
Benedictus Deus & pater domini nostri IESU Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem Iesu Christi

h 3 Christi



## ANACLETI

Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatã in cœlis in uobis, qui in uirtute dei custodimini per fidem & salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis: modicum nunc, si oportet contristari in uarijs tentationibus, ut probatio uestræ fidei multo prætiosior sit auro quod per ignem probatur: si tamen in tribulationibus experti, probati inueniamini.

**I.** Patientes estote dilectissimi, quia patientia probationem operatur, probatio uero spem, spes autem non confundit. Ecce agricola expectat prætiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ferotinum. Si agricolæ hæc patienter ferunt, pro temporalibus fructibus: quanto magis uos pro æternis patientes esse debetis. Estote ergo patientes, & confirmate corda uestra, ut adueniente iudice Christo, læti & probati esse ualeatis. Nolite ingemiscere in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuã assistit. Exemplum capite, charissimi, laboris & patientiæ prophetas, qui locuti sunt in nomine domini, † etenim beatificamus qui sustinuerunt: sufferentiam Iob audistis, & finẽ domini uidistis, Quoniam misericors & miserator est dominus.

**II.** Tribulationes uestras audiuius fratres, tam per uestros, q̃ per aliorum Apochryfarios, super quibus ualde dolemus, uobisq; cõpatimur, & auxiliũ ferre, prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiã passus est, parati sumus, Nolite mirari Charissimi, qui persecutiones patimini, quasi noui uobis aliquid contingat: Sed cõmunicantes Christi passionibus gaudete, ut & in reuelationibus gloriæ eius gaudeatis exultantes: si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, Quoniam quod est honoris, gloriæ & uirtutis dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescet. Nemo autem uestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si autẽ ut Christianus, non erubescat: glorificet autẽ deũ in isto nomine, quoniã tempus est, ut incipiat iudiciũ de domo domini. Si autẽ primũ à nobis, quis finis eorũ, qui non credunt Dei euangelio? Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Itaq; & hi qui patiuntur secundum uoluntatẽ dei, fideli creatori cõ-

**III.** mendant animas suas in benefactis.  
 ecclesie omnis Nam, ut ait Beatus Clemens antecessor noster, Similis est † Ecclesia nauis



# EPISTOLA I.

navi magnæ, quæ per undosum pelagus diuersis è locis & regionibus uiros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis autor huius dominus ipse omnipotens deus. Gubernator uero Christus sit, Tum deinde Proretæ officium Episcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi Dispensatorum locum teneant. Hi qui catezizant, nauitologis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum uero uarietates & turbinum, diuersis tentationibus conferantur. Persequutiones, tribulationes siue pericula, fluctibus exæquentur. Terreni uero spiritus, qui de torrentibus uel conuallibus spirant, pseudoprophetarum & seductorum seu prauæ doctrinæ uerba docentur. Promontoria uero & loca confragosa, hi qui in potestatibus sunt seculi iudices, & pericula minantur & mortes. Bithalassa uero, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus uerberatur, dubijs mente & repromissionum ueritate nutantibus conferantur, atque his, qui in rationabili fidem nostram ratione discutunt: hypocritæ uero & dolosi Piratis similes habeantur. Iam uero rapidus uortex, & Tartarea Charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt quam peccata? Restat igitur, ut hæc nauis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, & ita deo precem fundere, ut nauigantes mereantur audiri.

Audiuimus fratres, quod quidam & detrahunt & accusant sacerdotes dei, cupientes eos damnare. Non intelligentes forsitan, quod iniuria sacerdotum ad Christum pertinet, cuius uice funguntur, Nec hoc aspiciunt, quod beatus Princeps Apostolorum, instructor noster, ait: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Et dominus per prophetam inquit: Qui uult uitam diligere, & uidere dies bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum, & cætera. Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis & contemptores Dei atque inobedientes eius præceptis existunt. Vnde & beatus Iacobus Apostolus ait: Si diligitis proximos, sicut uosmetipsos, bene facitis: si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores, & cætera.

Et beatus

status  
Clemens in epi  
stola I. cap. 16

propere

III.

1. Pet. 2

Psal. 33

Iaco. 2



# ANACLETI

Et beati Apostoli Petri successor & prædecessor noster, Clemens, uir Apostolicus, & spū dei plenus, unā cū relijs sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi uel testificandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis & nominis dignitatē, & suæ legis uel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ eiusq; uiolatores, Apostatæ nominantur. Omnis enim Apostata refutandus est, & ante reuersionem suam, non in accusationem recte agentium aut testimonio suscipiendus. Quia uir duplex animo inconstans est in omnibus uijs suis.

Iacob. 1.

VI.

Ezech. 8.  
alia

Roma. 14.

Christi

domino  
Esa. 45.

VII.

VIII.

s. q. 1. c. Si oīa

Quicumq; autem (ut ait Apostolus Iacobus) totam legem seruauerit, offendit autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit: Non mœchaberis, dixit & Non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio. Et dominus ait: Nolo mortē peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat, & alia multa horumq; similia. Nemo (inquit Apostolus) nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. Siue ergo uiuimus, siue morimur dñi sumus. In hoc em̃ mortuus est Christus & reuixit, ut & mortuorum & uiuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuū? Omnes enim stabimus ante tribunal † dei, scriptum est enim: Viuo ego, dicit dominus. Quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur † deo. Itaq; unusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicē iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum.

Scimus enim quia multum derogatio præualet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo fratres uarijs detractionibus non oportet labefactari iudices & Primates ecclesiæ. Sed magis Apostolorū & doctorum regulis informari et roborari. Vnde iustum est, omnes in uniuerso Romanorum orbe Doctores legis ea quæ legis sunt recte sapere & operari, & non regulas nascentis ecclesiæ confundere, aut fidem ac doctrinam Apostolorum uarijs maculare doctrinis, nec fratres infestare.

Si autem omnia in hoc seculo uindicata essent, locum diuina iudicia non haberēt. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui solem



# EPISTOLA I.

solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat Deo in hoc placere, q̄ seruos suos accusat, et ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in uanum laborat, & plus inuidiæ stimulis agitur q̄ charitatis. Quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec t̄ ulla requirit cō illa mendationis augmenta. Erigit ergo Doctores conscientia sua, & si quando incertis temporum flatibus opponuntur, sustinent mala, quæ sanctis t̄ suis magis sunt ascribēda q̄ meritis.

Dat'ā enim scimus Satanæ potestātē, ut seruos Christi cribraret, ut quod de tritico inueniri posset, horreis iūgeretur: & quod de paleis, ad igniū alimenta transiret. Ad uos specialiter dictū est. Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit patri uestro dare uobis regnum. Venit inter uos gladius perfidorum, ut marcida ecclesiæ membra refecaret, & ad cœlestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit. Qui triumphū mereantur, per bella cognoscūtur. Scimus autem multos ob id infestare Doctores, ut eos perdant, & proprie uoluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen Doctores, in quantum uires suppetunt, à recta æmulatione & bona intentione recedere debent. Scientes, quia beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Nihil aut̄ illo est pastore miserius, qui luporū laudibus gloriatur: Qui bus si placere uoluerit, atq; ab his amari delegerit, erit hinc ouib⁹ magna perniciēs. Nullus ergo pastor placere lupis & gregibus ouiū potest. Perdit em̄ t̄ laboris memoriā mēs terrenis obligata carceribus. Sicut artiū in suo quēq; opere inueniūt mater instātia: ita nouerca eruditionis est negligētia. Nullus ergo præiudiciū alteri faciat, neq; qd sibi fieri non uult exerceat. Nemo dictum de aliquo inueniat, quod in eius actibus non agnoscat. Ego autem labefactatam non solum quietem meam, sed & salutem, iniquorum ualetudine & rumorum procellis agnosco. Potens est diuinitas, immensæ tempestatis incerta bona serenitatis amouere.

Et quid aliud ipse Christus passus est pro nobis, uobis relinquēs exēplū, ut sequamini uestigia eius? Et Apostoli passi sunt, sequētes exēplū eius, & reliqui patres, nisi ut sequamur tā doctrinā eorū q̄ & exēplum, & patiamur aduersa pro Ch̄so, & cū patribus atq; cū fratrib⁹ crucē portemus, eorūq; tribulatiōibus cōpatiamur, ut Ch̄i ueri discipuli inueniamur, qui dixit: Qui uult post me uenire, abneget semetipsum

suis non habetur

IX.

LUC. 22.

LUC. 12.

Dist. 43. c. Scimus.

X.

Dist. 83. c. fl.

labiorum

XI.

1. Pet. 2.

Luc. 9.

i

psum



# ANACLETI

psum & tollat crucem suā & sequat me, & reliqua. Præsumptio est, si dñorū beneficia famuli nō sequant. Obsequiū ergo æstimandū pu-  
 enim to, quod pariturus impendo. Quid est † ergo hoc, quod plus credit filij uocabulum ualere q̄ obsequiū? & non quæritur quid in amoris † lancea promoueas, sed quale ad præiudiciū æstimanti nomē op-  
 forte, lancea  
 sobolem dici-  
 mus oriri  
 ponas: Cum apud prudentes frustra † solem dicimus, ni exhibeat quod uocatur.

**XII.** Ego uero nolo errore meo alienas culpas asserere, ut quod factum  
 Psal. 5. doleo, admisisse conuincar. Odisti (inquit dominus per prophetam)  
 ad tēplū sa. t. omnes operantes iniquitatem, perdes loquētes mēdacium. Virum  
 sanguinum & dolosum obominabitur dominus. Ego autem in mul-  
 tudine misericordiæ tuæ introibo in domū tuam, adoraboq; † in  
 templo sancto tuo in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua  
 propter inimicos meos. Dirige ante faciem tuam uiam meam. Nō  
 leuificant est in ore eorum rectum, interiora eorum insidiæ. Sepulchrum pa-  
 tens est guttur eorum, linguam suam † lenificant, condemna eos do-  
 mine. Decidāt à consilijs suis iuxta multitudinem scelerum eorum,  
 expelle eos, quoniam prouocarunt te. Et letentur omnes qui sperāt  
 in te, in seculum laudabunt te, & proteges eos, & lætabunt in te qui  
 diligunt nomen tuum, quia tu benedices iusto. Domine ut hasta pla-  
 cabilitatis coronabis eos.

**XIII.** Deo † enim perfecte sacrificātes, non debent uexari, sed portari, cō-  
 lego, ergo solari, atq; ab omnibus uenerari. Ipsi autē qñ dño sacrificāt, non soli  
 sacratis hoc agere debēt, sed testes secū adhibeāt, ut dño pfecte i † sacris deo  
 Deut. 12. sacrificare locis prohibent. Ait nāq; autoritas legis diuinæ. Vide ne  
 offeras holocausta tua in omni loco quē uideris, sed in loco quē ele-

**XIIII.** gerit dominus deus tuus.  
 Epus deo sacrificās, testes (ut præfixū est) secum habeat, & plures q̄  
 maioris hono-  
 ris gradu frui-  
 tur  
 De consecrat.  
 dist. 1. c. Episco-  
 pus,  
 alius sacerdos. Sicut em̄ † maioribus honoris gradibus fungit, sic ma-  
 ioris testimoniij incrementatione indiget. In solērioribus quippe die-  
 bus aut septē aut quinq; aut tres Diaconos, qui eius oculi dicunt, &  
 subdiaconos atq; reliq; ministros secū habeat. Qui sacris induti ue-  
 stimētis in frōte & à tergo, & presbyteri è regione dextra leuaq; cō-  
 trito corde, & humiliato spiritu ac prono stent uultu, custodientes  
 eum à maleuolis hominibus, & consensum eius præbeāt sacrificio.

**XV.** Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint  
 ecclesiā



## EPISTOLA I.

ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. Seruite (inquit dominus per prophetam Dauid) in timore, & exultate ei cum tremore. Adorate pure, ne forte irascatur, & pereatis de uia iusta. Ille enim non perit de uia, qui recte graditur, & praecepta maiorum custodit.

Doceri ergo omnes oportet qui domini sacerdotio funguntur, ut & ceteros instruant, & sibi proficiant. Scriptum est autem. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas aeternitates. Et alibi: Populus autem sciens deum suum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt multos. Ipsa enim ueritas per se infert & dicit: Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatur in deum, qui recte non docet: Et qui eius scandalizat Episcopum uel sacerdotem. Impie namque agentes sunt impij, neque intelligent omnes impij. Porro docti intelligent. Omnes enim in inuicem humilitatem insinuate, quia deus super perbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Nolite (inquit Iohannes Apostolus) omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sunt. Quoniam pseudoprophetae exierunt in mundum. Et idem ipse alibi ait: Vos quod audistis ab initio, in uobis permaneat. Si in uobis permanserit quod ab initio audistis, et uos in filio et in patre manebitis, & haec est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, uita aeterna. Haec scripsi uobis de his qui seducunt uos, & uos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in uobis, & non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est & non est mendacium: Et sicuti docuit uos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fidutiam, et non confundamur ab eo, in aduentu eius.

Si scitis, quoniam iustus est: Scitote, quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Charissimi mi, nunc filij dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spiritum hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit, ut peccata tolleretur, & peccatum non est in eo. Omnis qui in eo manet non peccat. Et omnis qui peccat, non uidet eum, nec cognoui eum. Filioli, nemo

**XVI.**

Daniel. 12.

Danie. 11.

Matth. 11.

Dist. 93. c. 111.

ergo

Jacob. 4.

**XVII.**

1. Iohan. 4.

1. Ioh. 2.

**XVIII.**

1. Iohan. 3.



## ANACLETI

uos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex Diabolo est: quoniam ab initio Diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opera Diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, Quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli.

**XIX.** Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propterea occidit eum, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta. Nolite mirari fratres, si odit uos in Mundus, Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet uitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ut ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam Mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauferit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filii mei, non diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex ueritate sumus, & in conspectu eius suademus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fidutiam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatū, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse manet in eo. In hoc scimus, quoniam manet in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.

**XX.** Et sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, iustus, patiens atque mitis & misericors, & cetera uirtutum sanctarum insignia, quæ de Deo leguntur. Ita homo creatus est, ut charitatem haberet, ut bonus esset & iustus, ut patiens atque mitis, mundus & misericors foret. Quas uirtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo, & maiorem sui conditoris



# EPISTOLA I.

toris gerit similitudinem. Si uero (quod absit) aliquis per deuia uitio-  
rum & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris simili-  
tudine † deuius oberrauerit, tunc fiet de eo quod scriptum est: Et ho-  
mo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insi-  
pientibus, & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini  
esse, q̃ ut ad similitudinē sui factoris conderetur, & eisdē uirtutum  
uestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur: Domi-  
nus regnauit, decorē indutus est, Id est, omnium uirtutum splendo-  
re, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini po-  
test esse dedecus, aut infelicior miseria, q̃ ut hac similitudinis gloria  
sui conditoris amissa, ad informē & irrationabilem brutorū iumen-  
torum delabatur similitudinē? Quapropter quisquis diligentius at-  
tendat primæ conditionis suæ excellentiā, & uenerandā sanctæ tri-  
nitatis in seipso imaginē agnoscat, honoremq; similitudinis diuinæ,  
ad quem creatus est, nobilitate morum † & sacratione uirtutū, digni-  
tate meritorū habere contendat. Vt quādo apparuerit qualis sit, tūc  
similis ei appareat. Qui se mirabiliter ad similitudinē suam in primo  
Adam condidit, mirabiliusq; in secundo reformauit. Omnis igitur  
homo, qui ad imaginem dei factus est, illum debet imitari, ad cuius  
imaginem † factus est: illius debet sequi uestigia, qui eum ad imagi-  
nem suam condidit.

degener ober-  
rat  
Psal. 48

Psal. 92

executione

conditus

Consiliarium uero ac protectorem meliorem reperire non poterit,  
q̃ illum, qui eum ad imaginem suam cōdidit, qui eum prætioso san-  
guine suo redemit, & propter eum homo fieri non est dedignatus.  
Quem proculdubio inuenit, si in eum totā spem suam, iuxta Psalmi-  
stæ uocem, proiecerit. Ait nanq; Proijce super dominū curam tuā,  
& ipse te enutriet, non dabit in æternum fluctuationē iusto. Omnis  
enim homo sua causa deficiens, & in suis hæsitans consilijs, quærit  
sibi amicum fidelem, in cuius † consilijs confidat, qui in suis diffide-  
bat. Et talem fidutiam habet in illo, ut omne secretum sui pectoris  
ei pandat & aperiat. Quid dulcius quā habere te illum, cum quo  
omnia possis loqui ut tecum? Si ista † cum hominibus fiunt, quanto  
magis cum Deo hoc est agendū, qui omnes uult saluos fieri, & ne-  
minem perire? Nam si ueraciter deum credimus, eumq; diligimus  
ut debemus, & proximos sicut nosmetipsos, in eumq; totam spem  
proiecerimus nostram, ipse nos eripiet & consolabitur. Et sicut per

XXI.

Psal. 54

fide

ab  
1. Timot. 2



# ANACLETI

Dani. 14  
Act. 6

**XXII.**  
discipuli  
uirorum

Prouer. 28  
12. q. 2. c. Qui  
abstulerit.

17. q. 4. c. Qui  
rapit.

8. q. 6. c. Leges.  
Item. 25. q. 2

Gen. 19  
extraneos

primitiuorū  
1. Cor. 6  
8. q. 6. c. Omnis  
oppressus.

**VVV.**  
decerni

angelum suum Abacuc prophetam cum prandijs in lacum leonū  
ad Danielelem uatem misit, Et Philippum, unum de septem Diaco-  
nibus, ad eunuchum : ita dabit uobis liberationē & consolationē.

Hæc sectamini charissimi, & nulli unquam nocete, fratres estis, in-  
uicem uos diligite, ut ueri domini ⁊ fratres dici & effici mereamini.  
Nam qui rancida ⁊ uiuorum corda inficit, malitiam inter homines  
spargit, Et qui detrahit fratrem suum, homicida est. Et qui abstule-  
rit aliquid patri uel matri, dicitq; hoc peccatum non est, homicidæ  
particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit; ma-  
ter uero nostra, Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regenera-  
uit. Ergo qui Christo pecunias & Ecclesiæ rapit, aufert uel fraudat,  
homicida est, atq; homicida ante conspectum iudicis esse deputabi-  
tur. Qui rapit pecuniā proximi sui, iniquitatē operatur. Qui autem  
pecuniam uel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit.

**XXIII.** Priuilegia enim Ecclesiarum & sacerdotum, sancti Apostoli, iussu  
Saluatoris, intemerata & inuiolata eius decreuerunt manere tem-  
poribus. Leges Ecclesiæ Apostolica firmamus autoritate. Et pere-  
grina iudicia submouemus. Vnde & dominus mentionem faciens  
Loth, per Moysen loquitur dicens : Ingressus es (inquiunt) ut ad-  
uena, nunquid ut iudices ? Vnaquæque enim prouincia, tam iuxta  
Ecclesiasticas, quàm iuxta seculi leges, suos debet iustos, & non ini-  
quos habere iudices, & non ⁊ externos, nisi Apostolicæ huius sedis  
decreuerit autoritas. Quatenus quicumque causam habuerit, apud  
suos iudices iudicetur, & non ad alienos, causa uagandi, stimulante  
proteruia, suam despiciens patriam, transeat : sed ad duodecim eius-  
dem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatū  
referuntur, deferatur negotium.

**XXIII.** Si autem fuerit Ecclesiasticum, apud Episcopos, interueniente Pri-  
mate, si maior causa fuerit : si uero minor, Metropolitano. Si uero  
fuerit seculare, apud eiusdem ordinis uiros, iudicio tamen Episco-  
porum : Cum & Apostolus ⁊ priuatas Christianorum causas ma-  
gis ad Ecclesias deferri, & ibidē sacerdotali iudicio terminari uoluit.  
Omnis enim oppressus libere sacerdotū, si uoluerit, appellet iudiciū,  
& à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur & liberetur.

**VVV.** Si autem difficiles causæ aut maiora negotia orta fuerint, ad maiore  
sedem referantur, Et si illic facile ⁊ discerni non potuerint, aut iuste  
termi-



## EPISTOLA I.

terminari, ubi fuerit summorum cōgregatio congregata (quod per singulos annos bis aut ter fieri solet & debet) iuste & deo placite coram Patriarcha aut Primate, Ecclesiastica: & coram Patritio secularia iudicentur negotia in commune.

Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut temporū uel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad Sedem Apostolicā, si appellatum fuerit, † referantur. Quoniam hoc Apostoli statuerunt, iussione Saluatoris, ut maiores & difficiliores quæstiones, semper ad Sedem referantur Apostolicam: super quam Christus uniuersam †struxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum Principem Apostolorū Petrum: Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & reliqua.

Sit ergo fratres constantia uestra aduersus contentiones eorum, qui aduersa sapiunt, & non quæ dei sunt. Et erit fortior petra constantia uestra, sicut scriptum est: Ne timueritis ab eis, neq; terreamini à facie eorum, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod autē in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere, & mittere in gehennam. Fratres mei, in carne ambulantes, non secundum carnem militamus: Arma enim militiæ nostræ, non carnalia, sed potentia deo, ad destructionē munitionum, consilia destruentes, & omnem exaltationem extolentem se aduersum scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnē cogitationem, in obsequium Christo † perducente. De cætero fratres confortamini in domino, & in potentia fortitudinis eius, ut pax uobis multa & gratia à deo & dño nostro Iesu Christo ministret.

Amplectimur & osculamur, ac si præsentem, charitatem uestram in unitate spiritus & in uinculo pacis & charitatis Christi. Propter qđ Charissimi expectantes satagite immaculati & inuiolati inueniri in pace. Et domini nostri longanimitatem salutem arbitramini. Sicut & Charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiā scripsit uobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his: in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam perditionem. Vos igitur fratres præscientes custodite, ne insipientiū errore transducti, excidatis à propria firmitate. Crescite uero in gratia & cognitione domini nostri Iesu Christi, & saluatoris. Vos autē Charissimi memores

**XXVI.**

deferantur

construxit

**XXVII.**

Matth. 10  
Luc. 12

1. Cor. 10

perducētes  
Ephē. 6

**XXVIII.**

præsentem  
2. Pet. 2



## ANACLETI

iudæi. memores estote uerborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant uobis: Quoniã in nouissimo tempore uenient illusores, secundum sua desideria ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritũ non habentes. Vos autẽ charissimi superædificantes uosmetipsos, sanctissimæ uestræ fidei in spiritu sancto orantes, ipsos uos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in uitam eternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos uero saluate de igne rapientes: Alijs autem miseremini in timore, odiẽtes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem qui potens est uos conseruare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, soli deo saluatori nostro per Iesum Christũ dominum nostrum gloria, magnificentia & imperium, & potestas ante omnia secula, & nunc, & in omnia secula seculorum. Amen.

# ELENCHVSCA

PITVLORVM SECVNDÆ EPI-  
stolæ Beatĩ Anacleti Papæ.

- 1 Deritu ac forma eligendi ac consecrandi Episcopos.
- 2 Ne minus quàm à tribus ordinetur Episcopus, reliquis cõpro-  
uincialibus per literas consentientibus.
- 3 Quo ritu alijs sacerdotes & Clerici à suo debeant ordinari Epõ.
- 4 Ne sacerdotes accusentur ab infamibus aut criminosis.
- 5 Vt Episcopi dei iudicio relinquantur, ne à prauæ uitæ homini-  
bus lacerentur.
- 6 Accusatores Episcoporum similes esse ijs, qui alienos iudicant  
feruos
- 7 Detractoribus sacerdotum multa mala minari ac prædici in scri-  
pturis sacris.
- 8 Quomodo ad Episcopos prius charitatis studio recurrẽdum sit,  
ut sanent quæ sananda sunt.
- 9 Eos, qui Episcopos inique accusant aut lacerant, excommunicã-  
dos esse, usq; ad satisfactionem,



- 10 Electionem summorum sacerdotum domino reservari, Electionem uero eorum bonis hominibus concedi.
- 11 Quales esse debeant, à quibus possint sacerdotes accusari.
- 12 Presbyteros non propter decrepitam senectam, sed magis propter sapientiam Seniores dici.
- 13 Aaronē Episcoporum, filios eius presbyterorum gessisse typum.
- 14 Summū Pōtificatū à Chro datū esse Petro & eius successoribus
- 15 In locum cæterorum Apostolorum successisse reliquos Episcopos.
- 16 Presbyteros tenere locum lxxij discipulorum Christi.
- 17 Cur Episcopus non ab uno solo sed à cunctis comprouincialibus Episcopis præsentia aut consensu ordinandus sit.
- 18 In quibus prouincijs debeant constitui Primates seu Patriarchæ.
- 19 Quibus in Ciuitatibus ordinari debeant Archiepi aut Metropo
- 20 Epi ualde necessariā esse scientiā, q̃a ignorās ignorabit. (litani.
- 21 Eū Ep̃m p̃cussorē dici, q̃ sermone inutiles p̃cutit cōsciētia infirmo
- 22 Quomodo deus fecit uerbum breuiatum super terram. (rum
- 23 Verbū dei secundū diuinitatē non esse abbreviatum.
- 24 Verbum abbreviatū dici posse propter exiguū & nouissimū tēpus, in quo redemptio nostra facta est.
- 25 Filium dei in uerbo non esse minoratū, cum minui nō possit.
- 26 Sicut Aaron Episcopi, ita Moysen Christi typum gessisse.

## ❧ EPISTOLA SECVNDA ANACLETI AD EPISCOPOS Italiae directa de ordinatione Episcoporum atque sacerdotum.



ANACLETVS EPISCOpus uniuerfis Episcopis in Italia constitutis. Quoniam Apostolicæ Sedis debitam reuerentiā erga me charitas uestra distribuit, quā plurimi filij charissimi prębuiſtis. Nā licet ecclesiæ, in qua sanctus Apostolus residens docuit, quodāmodo nos gubernacula teneamus, tñ profitemur nos honore & sanitate minores esse. Et propterea omnino festinamus, ut ad gloriam eius  
plurimum  
k beati



# ANACLETI

beatitudinis peruenire possimus. Igitur consultationibus uestris plenius responderemus, si licuisset. Sed infirmitatis ac reliquarum oppressio-  
tribuit  
denegamus  
natus: scribere uobis, sicut petistis, non t denegauimus.

**I.** Ordinationes Ep̄orū autoritate Apostolica, ab omnibus, qui in ead-  
Dist. 64. et 75.  
c. ordinationes  
dem fuerint prouincia, Ep̄is sunt celebrādræ. Qui simul cōuenien-  
tes, scrutiniū diligēter agāt, ieiuniūq; cū omnibus celebrēt precibus,  
& manus cū sanctis Euāgelij qui prædicaturi sunt imponentes, &  
dñica die hora tertia orātes, sacraq; unctiōe, exēplo prophetarū & re-  
gū, capita eorū, more Apostolorū & Moyſi ungentes. Quia oīs san-  
ctificatio cōstat in spū sctō, cuius uirtus inuisibilis sctō est chrismate  
permixta  
t promulgata. Et hoc ritu solennē celebrent ordinationē. Qd' si oēs  
simul cōuenire minime potuerint, assensum tñ suis apicibus præbe-  
ant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint.

**II.** Porro & t Hierosolymitarū prim⁹ Archiep̄us beatus Iacobus, qui  
Hierosolymi-  
tanorum.  
Dist. 66. c. Por-  
ro.  
iustus dicebatur, & secundū carnē dñi nūcupatus est frater, à Petro  
Iacobo & Iohāne Apostolis ordinatus est. Successoribus uidelicet  
dātes formā eorū, ut minus q̄ à tribus Ep̄is reliquisq; omnibus assen-  
sum p̄bentib⁹, nullaten⁹ Ep̄s ordinet, & cōi uoto ordinatio celebret.

**III.** Reliquero sacerdotes à p̄prio ordinent Ep̄o, ita ciues & alij sacer-  
Dist. 67. c. 1.  
dotes assensum p̄beāt, et ieiunātes ordinationē celebrēt. Similiter et  
Diaconi ordinentur. Cæterorū autem graduum distributio, trium  
ueracium testium cum Episcopi approbatione sufficere potest.

**III.** Accusatio q̄q; eorū, super qua nos cōsulere uoluistis, non nisi ab ido-  
2 q. 7. c. Accu-  
satio.  
Iohan. 2.  
neis & probatissimis uiris, qui & suspicionibus & sceleribus careāt,  
fieri debet. Quia dñs sacri sui corporis tractatores à uilibus & repro-  
bis ac non idoneis p̄sonis infamari noluit, nec calūniari permisit. Sed  
proprio ipse flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit.

**V.** Vnde liquet, q̄ summi sacerdotes, id est, Ep̄i, à deo sunt iudicandi,  
nō ab hūanis aut prauæ uitæ hoībus lacerādi, sed potius ab oībus fi-  
delibus portādi. Ipso dño exēplū dāte, qñ p̄ seipsum et nō p̄ aliū uen-  
dētes et emētes eiecit de tēplo, et mēsas nūmulariorū cathedrasq; uē-  
dentium proprio euertit flagello, & eiecit de tēplo. Et sicut alibi ait:  
Psal. 81.  
discernit  
Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos t̄ dijudicat.  
Et alibi: Ego dixi, dñ estis, & filij excelsi omnes.

Nullus



## EPISTOLA II.

Nullus em̃ (ut reor) inuenitur inter nos, qui uelit suos seruos ab alio **VI.**

q̃ à se iudicari. Quod si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius ultionem quærit super eo. Si uero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet deus deorum & dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre seruorum? Vnde & ipse per prophetam loquitur, dicens: Deus ultionum dominus, deus ultionum libere egit. Et reliqua. Et Apostolus inquit: Tu quis es qui iudicas seruum alienum? suo em̃ domino † stabit aut cadet. Et ipse: Nolite iudicare in inuicem, sed iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Et dominus per prophetam inquit: Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nam si aliquis nunc in malum oculos alicuius principis incipit tractare, manifeste reus Maiestatis iudicatur, & infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subiacet. Hæc fratres ualde cauenda sunt, & quod homines sibi fieri nolunt, deo deorum non debent inferre: ne forte irascatur dominus, & faciat uindictam eorum etiam in eos qui non peccauerunt. Quia perit sæpissime iustus pro impio.

Imitandus est etiam propheta, per quem dominus ait: Perambulabam in simplicitate cordis mei, in medio domus meæ, non proponebam coram oculis uerbum os Belial, detrahentē in abscondito sodalē suū, hūc interficiebā. Et ij cauēdi sunt, de quibus Salomon ait: Sicut noxius est q̃ mittit lanceas & sagittas in mortē, sic uir q̃ fraudulēter nocet amico suo. Et cū fuerit deprehēsus, dicet, ludēs feci. Sicut carbones ad prunas, ac ligna ad ignē, sic homo iracundus suscitatur rixas. Verba susurrionis quasi simplicia, & ipsa perueniūt ad intima uētris. Et si detractores quorūq; grauius uindicant, & in perditionis laqueū cadunt, multo magis laceratores et detractores atq; accusatores memoratorum eius famulorum atque persequutores damnantur, & in brachium, nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint poenitentia, indubitanter uadūt, & uindicibus flāmis exurūt. Quapropter oportet ab his cauere, & nō solū facere, sed facientibus assentire. Quia non solum qui faciunt damnantur, sed qui consentiunt facientibus. De talibus & similibus ipsa ueritas ait: Vulpes foueas habent, & uolucres coeli nidos, filius aut hominis nō habet ubi caput suū reclinet. Id est, in talib⁹ nō habitat dñs, nec ipsi manēt in eo. Et Salomon loquit̃ dicēs: Qui fodit foueā, incidit in eam.

Psal. 93.

Roma. 14.  
stat aut cadit

Zach. 3.

**VII.**

Psal. 100.

Prouer. 26.

Roma. 1.  
Matth. 8.

Prouer. 26.

k 2 Et qui



Et qui uoluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat  
 ueritatem, & os lubricum operatur ruinas. Graue est saxum, & onerosa  
 rosa arena, sed ira stulti utroque grauior. Hominem, qui calumniatur  
 animæ sanguinem, Si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui se  
 iactat & dilatat, iurgia concitat. Qui sperat in domino, sanabitur.  
 Qui confidit in corde suo, stultus est. Qui autem graditur sapi-  
 enter, ipse saluabitur. Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac,  
 exprimit butyrum. Qui uehementer emulget, elicit sanguinem. Et  
 qui prouocat iras, producit discordias.

**VIII.** Hæc & alia perpericulosa considerantes Apostoli, statuerunt, ne  
 facile commoueantur aut lacerentur uel accusentur Columnæ san-  
 ctæ dei Ecclesiæ, quæ Apostoli & successores eorum non immerito  
 dicuntur. Sed si quis aduersus eos uel ecclesias eorum commotus  
 fuerit, aut causas habuerit: prius ad eos recurrat charitatis studio, ut  
 familiari colloquio commoniti, ea sanent quæ sananda sunt, & cha-  
 ritate emendent quæ iuste emendanda cognouerint.

**IX.** Si autem aliqui eos, priusquam hæc egerint, lacerare, accusare aut infesta-  
 re præsumpserint, excommunicentur. Et minime absoluantur, antequam  
 per satisfactionem (ut iam dictum est) condignam egerint pœniten-  
 tiam. Quoniam iniuriæ eorum ad Christum pertinent, cuius legatio-  
 ne funguntur. Nec hoc mirum. Quia si quisquam nostrum cuidam  
 suorum subditorum legationem iniungeret, & a quoquam impedi-  
 retur, aut a subiectis suis despiceretur: mox indignatus irasceretur,  
 aut talia, pro ut poterat, uindicaret. Et ad iniuriam ac contumeliam  
 suam hoc factum reputaret, talionemque, si in præsentibus non posset,  
 futuris temporibus redderet. Nam si in hominum causa hæc fiunt, quid  
 putatis deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire dixit?  
 Unde & dominus per Naum prophetam loquitur dicens: Deus æmu-  
 lator & ulciscens dominus, ulciscens dominus, & habens furorem,  
 ulciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Ante  
 faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius?  
 Indignatio eius effusa est sicut ignis, & petrae dissolutæ sunt ab eo.  
 Bonus est dominus & confortans in die tribulationis, & sciens spe-  
 rantes in se. &c.

**X.** Quædam autem ex his etiam alijs fratribus scripsimus, quæ toties  
 sunt replicanda, quoties fuerint necessaria. Electionem quoque (ut supra  
 memo-



## EPISTOLA II.

memoratum est) summorum sacerdotum sibi dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritalibus populis concessisset. Electionem eorum taliter Apostolus fieri iubet: Siquis sine crimine est, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos, & reliqua.

Si enim sine crimine sacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus etiam criminibus irretitis accusari aut calumniari permittitur, Nec ab alijs quàm ab his, qui sine crimine sunt, & iusta electione, si necessitas fuerit aut ipsi uolente domino elegerint, sacerdotes sine crimine fieri & ordinari possunt, & tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes iubentur.

Porro & Moyfi præcipitur, ut eligat Presbyteros, Vnde & in pro- uerbijs dicitur: Gloria senum canicies. Hæc uero canicies sapientiam designat, de qua scriptum est: Canicies hominum prudentia est. Cumque Nongetos & amplius annos ab Adâ usque ad Abrahamâ uixisse homines legerimus, nullus alius primus appellatus est Presbyter, id est, senior, nisi Abrahamâ, qui multo paucioribus uixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam Presbyteri nominantur.

Initium enim sacerdotij Aaron fuit, licet Melchisedech prior obtulerit sacrificium deo, & post hunc Abrahamâ, Isaac & Iacob: sed spontanea uoluntate, non sacerdotali autoritate ista fecerunt. Cæterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque Pontificali stola indutus, uictimas obtulit, iubente domino, ac loquente ad Moysen: Accipe (inquit) Aaron & filios eius, & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij: Cumque laueris patrem cum filiis aqua, indues Aaron uestimentis sacerdotibus, id est linea & tunica, super humeris tui & rationali, quod stringes baltheo, & pones thyaram in capite eius, & laminam sanctam super thyarâ, & oleum unctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur domino. Filios quoque eius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesque baltheo, Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntque sacerdotes mei religione perpetua. Quo loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est, Episcopum fuisse. Porro filios eius Presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem, & filios eius, qui & ipsi sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat pedem,



## ANACLETI

rem, stolam sanctam, & coronam auream, mitrā & zonā aureā, & superhumerales & reliqua quæ præfixa sunt: Filij autē Aaron super tunicas lineas cincti tantūmodo & thyarati assistebāt sacrificio dñi.

**XIII.** In nouo autem testamēto, post Christum dominum nostrū, à Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo Pōtificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni cœlorū. Hic ergo ligandi soluendiq; potestatem primus accepit à domino, primusq; ad fidē populum gratia dei & uirtute suæ prædicationis adduxit.

**XV.** Cæteri uero Apostoli cum eodem pari consortio honorē & potestatem acceperunt, ipsumq; Principem eorum esse uoluerunt, qui etiam, iubente domino, in toto orbe terrarum dispersi Euangelium prædicauerunt. Ipsis quoq; decedentibus, in loco eorū successerūt Episcopi, quorum ordinatio prætaxato fieri debet ordine & modo. Quos qui recipit & uerba eorum, deum recipit. Qui autem eos spernit, eum à quo missi sunt & cuius funguntur legatione, spernit. Et ipse indubitanter spernetur à domino.

**XVI.** Videntes autem ipsi Apostoli messem multā & operarios paucos, rogauerūt dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam. Vnde electi sunt ab eo LXX. discipuli, Quorum typum gerunt Presbyteri, atq; in eorum loco sunt constituti in ecclesia. De quorū ordinatione & reliquorum ministrorum supra dixisse sufficiat.

**XVII.** Porro q; Episcopus non ab uno, sed à cunctis cōsensu t̄ aut præsentiā cōprouincialibus est ordinandus, & nullatenus minus q̄ à tribus, cæteris consentientibus cunctis. Idcirco instituyente domino fieri iubetur, ne aliquid cōtra fidē Ecclesiæ, unius tyrannicat̄ autoritate moliretur, & regula uel fides confunderetur credentiū.

**XVIII.** Prouinciæ autē multo ante Christi aduentū tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis & beato Clemēte prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciæ, ubi dudum Primates legis erant seculi ac prima iudiciaria potestas. Ad q̄s, qui per reliquas ciuitates cōmorabantur, quādo eis necesse erat, qui ad aulā Imperatorū uel Regū confugere non poterant, uel quibus permissum non erat: cōfugiebant pro oppressiōibus uel iniustitijs suis, ipsosq; appellabant quoties opus erat, sicut in lege eorū præceptum erat:



## EPISTOLA II.

erat: Ipsis quoque in ciuitatibus uel locis nostros Patriarchas uel Primates (qui unam formam tenent, licet diuersa sint nomina) leges diuine & ecclesiasticæ poni & esse iusserunt. Ad quos Episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent, Et ipsi nomine Primatum fruerentur, & non alij.

Reliquæ uero Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant, licet maiores comitibus essent, haberent Metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent Primatibus. Sicut & in legibus seculi olim ordinatum erat, Qui non Primatum, sed aut Metropolitanorum aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulæ Metropoles ciuitates suas prouincias habeant, & suos Metropolitanos habere debeant Episcopos, sicut prius Metropolitanos iudices habebant seculares: Primates tamen (ut præfixum est) & tunc & nunc habere ius factæ sunt, ad quos post Sedem Apostolicam summa negotia conueniant: ut ibidem quibus necesse fuerit, & releuentur & iuste restituantur, & hi qui iniuste opprimuntur, iuste reformatur atque fulciantur, & Episcoporum causæ & summorum negotiorum iudicia, salua Apostolicæ Sedis autoritate, iustissime terminentur.

Hæc ab antiquis, hæc ab Apostolis, hæc à sanctis patribus accepimus, uobisque, ut postulastis, rimanda, & futuris tenenda temporibus mittimus, & reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus. Ne pastores imperitia qui sequuntur deteriores fiant, dicente domino per prophetam: Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Quos rursus dominus detestat dicens: Et tenentes legem, nescierunt me. Nesciri ergo ueritas se ab eis conqueritur, & nescire principatum se nescientium protestatur. Quia profecto hi, qui ea quæ sunt domini nesciunt, à domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: Siquis ignorat, ignorabit. Hinc & Psalmista, non optantis animo, sed prophetantis ministerio, denuntiat dicens: Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur. Quoniam cum lumen scientiæ perdunt qui præeunt, sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinantur sequentes.

Hic ergo inter manus latronum, & dentes furentium lupoꝝ utcumque uersamur, Ideo & docere alios, & nos ipsos, prout dominus dederit, prouidere debemus. Sanè percussor ille dicitur doctor, qui sermone inuiti conscientiam percutit infirmorum, ideo tenere uos & omnes fideles

**XIX.**

**XX.**

Esai. 65  
Hierem. 2

1. Cor. 14  
mysterio  
Psalm. 68

**XXI.**

Dist. 45. c. fin.  
1. Tim. 3  
Tit. 1



## EPISTOLA II.

- tuentes  
**XXII.** fideles oportet eum, qui secundū doctrinā est, fidelem sermonem,  
 ut potens sit consolari in doctrina sancta, & contradicentes redar-  
 guere, & recte uiuentes, atq; rectam fidem† tenentes consolidare.  
 Esa. 10. Illis ergo, qui dicunt, q; filius in eo minor est, quia propheta inquit,  
 Verbum faciet dominus breuiatum uniuerso orbi: Ita responden-  
 dum diuinis est testimonijs. Verbum breuiatum, quod dominus fa-  
 ciet super terram, nō imminutionē deitatis in filio dei significat, sed  
 dispensationem susceptæ carnis annuntiat. In qua dispensatione nō  
 Heb. 2. solū à patre, hominis filiū, sed etiā, angelis legimus minoratū, Paulo  
 Apostolo attestante. Eum autem (inquit) modice minus q̄ angelis  
 minoratum uidimus Iesum, propter passionem mortis, gloria & ho-  
 Psal. 21. nore coronatum. Et infra. Propter quam causam non confunditur  
 Psal. 8. fratres eos uocare, dicens: Annuntiabo nomen tuū fratribus meis.  
 In medio ecclesię laudabo te. Et propheta inquit: Minorasti eū pau-  
**XXIII.** lomus ab angelis, gloria & honore coronasti eum.  
 Esa. 50. Et ut uerbum dei patris breuiatū non esse in filio doceamus, hāc ex  
 Esaiaę prophetæ uolumine sententiam approbamus. Nunquid ad-  
 breuiatus factus est sermo meus, aut paruus, ut non possim redime-  
 Esa. 59. re? Aut non est in me uirtus ad liberandum? dicit dominus omnipo-  
 possim tens. Et iterum: Hæc dicit dominus omnipotens: Nunquid adbre-  
 uiata est manus mea, ut saluare non† possit? Aut non potest uiuifi-  
 Esa. 52. care cor humilium & spiritum contritorum? Et ut brachiū patrisq;  
 manum, filiū esse doceret, intulit dicens: Parauit dominus brachium  
 sanctum suum in oculis omnium gentium. Et uidebunt omnes fi-  
**XXIII.** nes terræ salutare eius.  
 Nam & in nouissimo tempore, hic sensus non inaniter poterit coa-  
 ptari. In quo tempore dominus pro redemptione nostra carnem su-  
 scipiendo aduenit: Vt et illum qui habebat mortis imperiū, sua mor-  
 te destrueret, et eos quos in tenebris & umbra mortis captiuos sube-  
 gerat, uirtutis suæ potentia, in ipso paruo & exiguo temporis spatio  
 etiam liberaret. De hoc† enim exiguo tempore discipulos instruebat, dū  
 Iohan. 12. eos in luce, cum ad huc tēpus haberent, incedere præmonebat. Pue-  
 1. Iohan. 2. ri (inquit) nouissima hora est, dum lucem habetis, ambulate in luce,  
 Ne uos tenebrę comprehendant. Et in Canonicis Apostolorū legi-  
 1. Cor. 7. stolis: Filioli nouissima hora est, quia multi pseudoprophetę exie-  
 1. Cor. 10. runt in hunc mundum. Et Paulus Apostolus: Tempus enim breue  
 est.



## EPISTOLA II.

est. Et iterum: Preterit enim figura huius mundi. Et iterum: Omnia hæc ad correptionem nostram facta sunt, in quos fines seculorum deuenerunt. Nam dominus in ipsa oratione breuiavit nobis sermonem, dum nos à multiloquio prohibens, pauca docuit, quæ pertineant ad salutem. Cum oratis (inquit) nolite multum loqui. Et infra: Vos autem cum oratis, dicite: Pater noster qui es in cœlis etc.

Non enim propheta filium dei in hoc capitulo minoratum designauit in uerbo. Quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per Apostolos et per Apostolicos uiros nouissimo tempore loquitur: Ego (inquit) qui loquebar tibi seruos meos prophetas, ecce assum. Et alius propheta: Sicuti est ab initio usque in seculum, neque adiectum est ei, neque minuetur illi. Quoniam ipse est dominus creaturæ suæ. Ecce tunc quale uerbum breuiatum fecit dominus in orbem terrarum. Non quia, ut illi putant, inferiorem patre intimeret tibi hominis filium, sed quia nouissimum eius annuntiaret aduentum.

t Sic ergo (ut prædictum est) Aaron summi sacerdotis, id est Episcopi, Moyses indubitanter Christi tenebat formam. Quoniam fuit similitudo mediatoris dei, qui est inter deum & hominem, Iesus Christus, qui est uerus dux populorum, & uerus princeps sacerdotum, & dominus Pontificum, Cuius est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

## ELENCHVS CAPITVLORVM EPISTOLAE TERTIÆ Beati Anacleti.

- 1 De Primatibus ordinationem constitutam esse à Beato Petro alijsq; Apostolis & à Sancto Clemente.
- 2 Sacerdotum ordinem bipartitum esse, scilicet in Episcopos & Presbyteros.
- 3 Non Episcopos, sed Presbyteros constituendos esse per castella modicasq; ciuitates & uillas.
- 4 Ex Episcopis aliquos dici Primates seu Patriarchas, aliquos Archiepiscopos seu Metropolitans,

I                      s Romanam



- 5 Romanam ecclesiam, nō ab Apostolis, sed ab ipso domino pri-  
matum obtinere, omnibusq; præferri.
- 6 Primam sedem esse Romanam, secundam Alexandrinam, ter-  
tiam Antiochenam.
- 7 Petrum & à Christo & à reliquis Apostolis cunctis prælatum  
esse, ut omnibus præesset.
- 8 Prælatos, non quod suum est, sed quod domini & proximi est,  
quærere debere.
- 9 Causas difficiliore ad Romanę Sedis apicem, tanquam ad Ca-  
put, referri debere.
- 10 Sedem Apostolicam Cardinem & Caput à domino factā esse,  
ut per eam omnes Ecclesię regantur.
- 11 Accusatores et testes esse non debere, qui heri aut nudiustertius  
inimici fuerunt.
- 12 Ne causę Ecclesiasticę alieno committantur iudicio.
- 13 Sacerdotes esse Cooperatores gratiæ dei in cōuertēdis gētib;.
- 14 Rectores à subditis timeri oportere, quo minus peccent.
- 15 Deteriores esse, qui uitam moresq; corrumpunt, quàm qui bo-  
na temporalia prædiāq; diripiunt.
- 16 Pro meritis plebis sæpe deprauari pastores, dum plebs per Dia-  
bolum in pastorem suum concitatur.
- 17 Eos, qui Presbyteror; suor; culpas produnt, dānari snia Cham.
- 18 Pastorem non pro reprobis moribus, sed pro errore in fide, à fi-  
delibus corrigendum esse.
- 19 Eos, qui pastori suo datrahunt aut rebelles sunt, ab omnihus de-  
uitandos esse, donec ei reconcilientur.
- 20 Eos, qui hæc præcepta non seruauerint, infames & excommu-  
nicatos esse.
- 21 Ne qs habeat aures pruriētes, ut detrahat aut detrahare audiat.
- 22 Ne quis alienæ domui detrahat, sed eā uelut propriā existimet.
- 23 Vt sacerdotes se suosq; corrigant ac nemini noceant, tanq̃ boni  
dispensatores mysteriorum dei.
- 24 Vt sacerdotes tam in sermone quàm in ministerio quærant ho-  
norem dei & charitatem proximi.

Finis Capitulorum Beati Anacleti, Summa 78.

Epistola



# ❧ EPISTOLA TER

TIA ANACLETI, MISSA OMNI  
bus Episcopis ac reliquis sacerdotibus, In qua bipar  
titus instruitur ordo sacerdotum.



NACLETVS, SERVVS CHRI  
sti Iesu, in Apostolica sede à domino cōsti  
tutus, & à sancto Petro, Apostolorum Prin  
cipe, Presbyter ordinatus, omnibus Episco  
pis & reliquis Christi sacerdotibus Salutē.  
Benedictus deus & pater domini nostri Ieph. i.  
su Christi, qui benedixit nos in omni benedi  
ctione spiritali, in cœlestibus, in Christo, si

cut elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & im  
maculati in conspectu eius. In charitate prædestinans nos in adeptio  
nem filiorum per Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum  
uoluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ. In qua gratificauit nos  
in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem  
eius, remissionem peccatorum secundū diuinitatis gratiæ eius, quæ  
abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret  
nobis sacramentum uoluntatis suæ, secundum bonum placitū eius,  
quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, in  
staurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso.  
In quo etiam sorte uocati sumus, prædestinati secundum proposi  
tum eius, qui omnia operatur secundum consilium uoluntatis suæ,  
ut simus in laudem gloriæ eius, qui ante sperauimus in Christo.

De primatibus charissimi, super quibus me quidam uestrum consuI.  
luerunt, si esse deberēt an non. Quantū hætenus de his à Beato Pe  
tro Apostolo & reliquis Apostolis, & à Clemente nostro sancto  
prædecessore & Martyre, nouimus statutū, denegare uobis mini  
me possumus. Et quis est, qui quærētibus fratribus denegare possit  
dubitationes & necessitates eorum?

Sacerdotū ordo, fr̄es, b̄ptit<sup>9</sup> est, & sicut dñs illū cōstituit, à nullo deII.  
bet perturbari. Scitis aut à dño Apostolos esse electos & cōstitutos,

1 2 & postea



# ANACLETI

Luc 10 & postea per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos. Cum uero messis cœpit crescere, uidens paucos esse operarios, ad eorum adiumentum † LXXII. eligi præcepit discipulos. Episcopi uero Apostolorum, Presbyteri quoque LXXII. discipulorum locum tenent.

III. Episcopi autem non in castellis aut modicis ciuitatibus debent constitui, sed Presbyteri per castella & modicas ciuitates atque uillas debent ab Episcopis ordinari & poni sigillatim. Singuli tamen per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab uno, sed à pluribus debet Episcopis ordinari. Et (ut dictum est) non ad modicam ciuitatem, ne uilescat nomen Episcopi, aut † alibi: sed honorabili urbe titulandus & denominandus est. Presbyter uero ad qualemcunque locum uel Ecclesiam, quæ in Episcopio constituta est, præfiniendus est, atque in ea diebus uitæ suæ perdurandus. Amplius quàm isti duo ordines sacerdotum nec nobis collati sunt, nec Apostoli docuerunt.

Dist. 89. c. Episcopi.  
alicubi, sed ad honorabilem urbem

IIII. Episcoporum uero ordo unus est, licet sint Primates illi, qui primas ciuitates tenent, Qui & in quibusdam locis Patriarchæ à nonnullis uocantur. Illi autem, qui in Metropoli à B. Petro, ordinante domino, & à prædecessore nostro, prædicto sancto Clemente, seu à nobis constituti sunt, non omnes Primates uel Patriarchæ esse possunt. Sed illæ urbes, quæ præfatis & priscis temporibus Primatum tenuere: Episcoporum, Patriarcharum, aut primatum nomine fruantur. Reliquæ uero Metropoles Archiepiscoporum aut Metropolitanorum, & non Patriarcharum & Primatum utantur nominibus. Quia hæc eadem & leges seculi, in suis principibus continent. Aliæ autem primates: primæ ciuitates, quas uobis conscriptas, in quodam Tomo mittimus, à sanctis Apostolis & à beato Clemente siue à nobis, Primates prædicatores acceperunt.

V. Hæc uero sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis. Et quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Pauli Apostoli, uasis electionis, qui uno die unoque tempore, gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone

In decret. dist. 22  
c. Sacrosanct.

Matth. 16



## EPISTOLA III.

rone agonizans, coronatus est. Et ambo sanctam Romanam Ecclesiam consecrauerunt, alijsq; omnibus urbibus in uniuerso Mundo eam sua praesentia atq; uenerando triumpho praetulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud deum omnium sanctorum fundatur oratio, his tamen uerbis Paulus beatissimus Apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur dicens: Testis est mihi deus, cui seruo in spiritu meo, in Euangelio filij eius, q; sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis. Rom. 1

Prima ergo sedes est coelesti beneficio Romana Ecclesia, quam (ut memoratum est) beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrauerunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, à Marco eius discipulo atq; Euangelista consecrata est: Quia ipse & in Aegypto primus uerbum ueritatis, directus à Petro, praedicauit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui t uenerabilis successit Abilius. Tertia uero sedes apud Antiochiam beati Petri Apostoli habetur honorabilis. Quia illic, priusq; Romam ueniret, habitauit, & Ignatium Episcopum constituit, & illic nomen primum Christianorum nouellae gentis exortum est. Reliquas uero (ut praediximus) in quodam tomo, prolixitatem uitantes epistolae, uobis conscriptas direximus. Inde namq; & beati Apostoli inter se statuerunt, ut Episcopi singularum gentium scirent, quis inter eos primus esset, Quatenus ad eum potior eorum sollicitudo peruineret. VI.  
uenerandus  
Abilius

Nam & inter beatos Apostolos quaedam fuit discretio. Et licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à domino est concessum, & ipsi inter se id ipsum uoluerunt, ut reliquis omnibus praesset Apostolis, & Cephas, id est caput & principium teneret Apostolatus. Qui & eandem formam suis successoribus & reliquis Episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiam in ueteri fuit, unde scriptum est: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, id est, primi inter eos fuerunt. VII.  
Psal. 98

Et quamuis ita sit ordinatum, nemo tamen quod suum est quaerat, sed quod alterius. Vnde & B. Apostolus Paulus suis ait discipulis: Vnusquisq; placeat proximo suo in bonum ad aedificationem. Et sicut ipse saluator ait discipulis suis: Qui maior est uestrum, erit minister uester, & reliqua. Et licet super his aliqua dicta sint, repetentes tamen saepius admonemus, ut semper in omnibus & ab omnibus uitentur elationes VIII.  
Rom. 15  
Matth. 20  
Mar. 9  
Luc. 22



# ANACLETI

**Ecclesi. 20** mentis & corporis. Et quanto maior unusquisque esse uidetur, tanto  
**Matth. 20** sit humilior, Sicut dominus saluator noster non uenit ministrari sed  
**Galat. 6** ministrare. Et si frater aliquis præoccupatus fuerit in quodam delicto,  
uos qui spirituales estis, instruite eum in spiritu lenitatis.

**XI.** Si quæ uero causæ difficiliiores inter uos ortæ fuerint, ad huius sanctæ  
sedis apicem, eas quasi ad caput referte, ut Apostolico terminetur  
iudicio, Quia sic † domino uelle est, ab eoq; ita constitutum est  
† dñm uelle, ab  
eoq; ita con-  
stitutum esse  
& ante dictis testimonijs declaratur.

**X.** Hæc uero Apostolica sedes cardo & caput facta est à domino, &  
non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic huius  
sanctæ sedis autoritate omnes Ecclesiæ, domino disponente,  
reguntur.

**XI.** Accusatores autem & testes esse non possunt, qui ante hesternū diē  
aut nudiustertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne læsi ul-  
cisci se uelint, Inoffensus igitur accusatorū & testium affectus quæ-  
rendus est, & non suspectus.

**XII.** Causam enim uestrā alieno nolite committere iudicio, Valde enim  
iniquum est, ut omissis suis, † aliqui quibuscumque aliorum se causis im-  
miscant, Quoniā nullis in locis spiritualis cura deficit, sed per omnia  
qua nomen dei prædicatur, † extenditur, studendum est omnibus, ut  
non æmulationes malæ, sed piæ sint inter uos dilectiones. Quia in  
hoc uos omnes domini discipulos esse ueros nouerint, si dilectionē  
habueritis adinuicem.

**XIII.** Ex omni ergo genere plurimos deus dignatur attrahere, quos eru-  
tos de potestate tenebrarum, trāserat in regnum filij charitatis suæ,  
& ex uasis iræ faciat uasa misericordiæ. Vnde nobis summopere stu-  
dendum est, ut cooperatores simus gratiæ dei, qui ad hoc uocati su-  
mus, eiusq; familiari colloquio sociati, & sacerdotes sacrati; ut fructu  
osos illi manipulos reportemus, cooperante gratia eius.

**XIII.** Necesse est enim ut rectores à subditis timeantur, ab ipsisq; corrigā-  
tur, ut humana formidine peccare timeant, qui diuina iudicia non  
formidant.

**XV.** Deteriores quippe sunt, qui doctorum uitam moresq; corrumpūt,  
his, qui substantias aliorum prædiaq; diripiūt. Ipsi enim ea, quæ ex-  
tra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores & mo-  
rum corruptores nostrorum, siue qui aduersus nos armantur, pro-  
prie



# EPISTOLA III.

prie nosipfos † decipiunt, Et ideo iuste infames sunt, & merito ab Ecclesia extorres fiunt.

Pro meritis ergo plebis sæpe pastores deprauantur Ecclesiæ, ut procliuius corruant, qui sequuntur, capite uidelicet languescente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur, sicut scriptum est: Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Quapropter manifestum est, Diabolum, qui sicut leo rugiens circuit, quærens quem possit deuorare: cordibus plebium suadere, ut doctoribus & pastoribus suis detractiones irrogent uel accusent, ut † non tenentibus pastoribus frameam, laſciuiant, atque in ima ruant † ut saltem sic periclitari possint. Multum uero distant damna morum à damnis rerū temporalium: Cum ista extra nos sint, alia uero in nobis.

Sententia quoque Cham filij Noë damnantur, qui suorum doctorum uel præpositorum culpas produnt: sicut Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstrauit.

Doctor autem uel pastor ecclesiæ, si à fide exorbitauerit, à fidelibus est corrigendus. Sed pro reprobis moribus magis est tolerandus q̃ distringendus. Quia Ecclesiæ rectores à deo sunt iudicandi, sicut ait propheta: Deus stetit in synagoga deorum. In medio autem deos † diiudicat.

Vnde oportet unumquemq; fidelem, si uiderit aut cognouerit plebes suas aduersus pastorem suum tumescere, aut clerum detractionibus uacare: hoc uitium pro uiribus extirpare, prudenterque corrigere satagat, nec eis in quibuscunque negotijs misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, præsumat. Quoniam tam sacerdotes quàm reliqui fideles, omnes summam debent habere curam de his qui pereunt, Quatenus eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur. Ait enim beatus Apostolorū princeps Petrus de sancto prædecessore nostro Clemente, plebibus prædicando, † docens eos, qualiter ei obedire deberent, eumque obseruare. Inter cætera ita: Si inimicus est alicui pro actibus suis, uos nolite expectare, ut ipse uobis dicat: Cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & uoluntati eius absque

diripiunt

XVI.

Esa. i

1. Pet. 5

plebes lingue  
scētes uel au-  
gentes  
ac salutē hære-  
ditare nō pos-  
sint.

XVII.

Gen. 9

2. q. 7. c. Sentē-  
tia.

XVIII.

Psal. 81

discernit

XIX.

24. q. 3. a. Tam  
sacerdotes.

quando doce-  
bat  
Clemens. ep. 1  
cap. 21

† com



# ANACLETI

cōmonitione † communicatione obsecūdare, & auertere uos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum. Sed nec loqui his, quibus ipse nō loquitur. Vt unusquisq; qui in culpa est, dum cupit omnium uestrum amicitias ferre, citius festinet † ocyus reconciliari ei qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem cum obedire cœperit monitis præsidentiae. Si uero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis, qui exterminare dei ecclesiam uolunt, & reliqua. His alijsq; q̄ plurimis documentis facile unusquisq; aduertere potest, qualiter obedire & obtemperare debeat præpositis suis, & qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi amici sunt aut inimici.

XX. Si quis enim hæc præcepta non obseruauerit, hostis est animæ suæ. Et non tantum infamis, sed excommunicatus, atq; alienus ab ecclesia efficitur. Quoniam necesse est, ea uitia ferro abscindere, quæ alijs medicaminibus non sanantur.

XXI. Parcat unusquisq; à laceratione uel detractiōe linguæ suæ. Caueatq; ne aut linguā aut aures habeat prurientes. Id est, Ne aut alijs deroget detrahatq; quibuscunq; aut alios audiat derogantes aut detrahentes. Custodiat quisq; sermones suos, & sciat, quia quicunq; de alijs loquitur, sua sententia iudicabitur.

XXII. Caueat etiā omnis fidelis, ne derogando quid in domo cuiusq; iterum alia domus per eum cognoscat, sed omniū Christianorum domos, æstimet quasi proprios † amet. Nemo em̄ inuito auditori libēter refert. Sitq; uniuscuiusq; studiū, non solū oculos castos seruare, sed & linguā.

XXIII. Vos autem charissimi, qui estis sub domini disciplina constituti, sic uos exhibete, ut uere discipuli domini, & dispensatores mysteriorū † dei, ut non uituperetur ministerium uestrum, ne fiat in uobis, sicut scriptū est: Erit sicut populus sic & sacerdos. Sic enim uos uestrosq; & cunctos corrigite, ut nemini noceatis. Quatenus & ab omnibus bonam adquiratis famam, & à deo mercedis præmiū in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid aduersi de unitate ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, & dei ecclesia fructusq; seruorū eius maneat inconcussa.

XXIII. † Propterea charissimi, expectātes satagite, immaculati ei inueniri in pace, & domini nostri longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo prudētes, atq; uigilate in orationibus. Ante omnia autem mutua



## EPISTOLA II.

tuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes. Quia charitas operit multitudinē peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur, quasi sermones dei, si quis ministrat, tanquam ex uirtute quam administrat deus, ut in omnibus † honorificetur deus per Iesum Christum. Cui est honor, gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

1. Pet. 4.

honorificetur  
deum

# ΕΛΕΝΧΥΣΚΑ

PITVLORVM EPISTOLAE PRIMÆ  
Euaristi Papæ.

- 1 De rebus dubijs, ad sedem Apostolicam, quasi ad Caput, referendum esse.
- 2 Vt septem sint in unaquaque Ciuitate Diaconi, qui custodiant Episcopum prædicantem.
- 3 De ritu legitimo contrahendi matrimonijs sponsæque tradendæ.
- 4 Aliter præsumptam copulam, non esse legitimum coniugium, sed potius contubernium aut stuprum.
- 5 Vt custodiatur unitas ecclesiæ, obseruando eius præcepta, oēsque idem sentiamus.
- 6 Vt illicita coniugia coërceantur, ne ecclesiæ sanctitas priuilegia perdat.
- 7 Quomodo intelligatur illud Apostoli: Qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem.
- 8 Patrem esse in filio, & filium in patre.
- 9 Filium esse lucem, & ab inaccessibili luce patris minime separari.
- 10 Lucem illam inaccessibilem à beatis, mortali corpore exutis clare uideri.
- 11 Testimoniū patris de filio, ut qui habet filiū, habeat uitam.
- 12 Hæc omnibus annūtianda esse, ut pacem habeamus & deus pax cis nobiscum sit.



# EPISTOLA PRI- MA EVARISTI PAPAE.



ILECTISSIMIS FRATRI-  
bus, uniuersis Africæ regionis Episcopis,  
Euaristus. Consulenti-  
bus uobis fratres cha-  
rissimi, quid super his, quæ in uestris cotine-  
batur scriptis, uisum nobis esset, uel quid do-  
cilis ratio persuaderet, aut qd à beatis Apo-  
stolis nobis traditum aut custoditum rema-  
neret, optantes ( ut retulistis ) nostris instrui  
documentis.

I. Siquidem dilectio uestra, normam sequuta prudentium, ad sedem  
Apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quod deberet de rebus  
dubijs custodire potius, q̃ usurpatione præsumere.

Diff. 93. c. Dia-  
coni,  
II. Diaconi, qui quasi oculi uidentur esse Episcopi, in unaquaque ciui-  
tate, iuxta Apostolorum constituta, septem debent esse, qui custo-  
diāt Episcopum prædicātem: Ne ipse aut ab insidiatoribus quoquo  
modo infestet, aut lædatur à suis, aut uerba diuina detrahēdo, aut in-  
fidiando polluantur uel despiciantur. Sed ueritas speciali redoleat fer-  
uore, pax prædicata labijs cum uoluntate animi concordet.

legitimo  
30. q. 5. c. Aliter  
III. Similiter custoditum & traditum habemus, ut uxor † legitime uiro  
iungatur. Aliter autem legitimum (ut à patribus accepimus, et à san-  
ctis Apostolis eorumq̃ successoribus traditum inuenimus) non fit  
cōiugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem ha-  
bere uidentur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus  
propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, et suo tempore sacer-  
dotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus à sacerdote be-  
nedicatur, & à Paranympis (ut consuetudo docet) custodita, & so-  
ciata à proximis, tempore congruo petita, legibus detur, & solenni-  
ter accipiatur, & biduo uel triduo orationibus uacent, & castitatem  
custodiant, ut bonæ soboles generentur, & domino in suis actibus  
placeant. Taliter enim & domino placebunt, & filios non spurios,  
sed legitimos atque hæreditabiles generabunt.

Qua



# EPISTOLA I.

Quapropter filij charissimi & merito illustres, fide Catholica suffra-  
gante, ita peracta legitima scitote esse coniugia. Aliter uero pręsum-  
pta non coniugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra uel  
fornicationes, potius quàm legitima coniugia esse non dubitate, ni-  
si uolũtas propria suffragauerit, & uota succurrerint legitima.

Nam fructus diuinus est, pręcepta diuina custodire, ea quoque de-  
serere, pręsumptionem fieri nulli dubium est. Cur ergo indignum  
est † unitatem ecclesię custodire, † idemq; omnes pariter & sentia-  
mus & pronuntiemus? Si aliter enim pręsumpta fuerint, perdunt  
profecto ipsi transgressores seipso, qui semetipso decipiunt.

Hęc cuncta recitanda per cunctas Africanas ecclesias scripta diri-  
gite, & istis connectite quas adiunximus literas † prophetarum. Ut  
de his quę inique laudantur, si quid tale probari poterit, iudicium  
fiat, & inhibita coërceantur, & pręterita mala & illicita cõiugia co-  
ërceantur, & admissa, seueritate digna corripiantur. De cætero ue-  
ro caueantur talia per omnes ecclesias: Ne ecclesię sanctitas per no-  
stram fatigata negligentiam, perdat priuilegia, quę sunt per uiros ue-  
nerabiles † constituta.

De his uero, quibus ab insidiatoribus fatigamini, unde & nos consu-  
lere inter cætera uoluistis, eo quòd sint quidam, qui arbitrantur de  
patre solo dictum esse. Quia ipse solus habet immortalitatem, & lu-  
cem habitat inaccessibilem. Ita eos Apostolicis percutite ferulis,  
& diuinis redarguite pręceptis. Non enim solus pater sine filio lu-  
cem habitat inaccessibilem. Quia ubi pater est, ibi etiam filium esse,  
indubitabili fide credendum est. Nam si solus pater sine filio (quod  
dicere nefas est) lucem habitat inaccessibilem, necesse est, ut seque-  
stratam pater à filio habeat mansionem. Quod si ita est, quomodo  
idem filius ad dexteram patris stans, à beato martyre Stephano dici  
tur conspici. Si pater solus dicitur sedibus cõtineri? Absit hoc à sen-  
su fidelium, Christo in unitate fidei adhærentium. Quoniam sicut  
non obest filio, cum solus pater dicitur lucem inaccessibilem habi-  
tare, ita non obest patri, cum sapientia, quę est filius, gyrum cœli so-  
la dicitur circumire.

Pater itaq; cum sit inuisibilis & ingenitus, in filio uisus, Apostoli te-  
stimonio comprobatur, & in filio à se inenarrabiliter genito mansis-  
se ac requieuisse monstratur, ipso filio in propheta loquente: Qui

m 2 genuit

III.

V.

unitati eccle-  
się custodiri  
statuta.

addo, ut unū

VI.

profectorum

est cõsecuta

VII.

1. Timot. 6.

Act. 7.

Eccle. 24.

VIII.

Eccle. 24



Iohan. 14 genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Et in Euangelio: Pater in  
 Iohan. 1 me manens, facit opera hæc. Et deum nemo uidit unquam, nisi uni-  
 genitus filius, qui est in sinu patris. Si in sinu patris erat filius ab ini-  
 Psal. 44 tio, & ex corde patris uerbum bonum eructatum est, Quomodo  
 non in corde paterno consistens, lucem cum eodem inaccessibilem  
 habitasse credendus est? Nunquid pater absq; ulla luce in filio potu-  
 it commanere, aut in tabernaculo filij sine eadẽ potuit requiescere?  
 Sapi. 7 Cum idem filius candor sit æternæ lucis, & speculum sine macula  
 deitatis, Quam Salomon super salutẽ suam dixisse se dicit, in cuius  
 specie semper delectari gestiuit, super salutem & speciem (inquit) di-  
 lexi illam, & pro luce habere proposui eam. Quoniam inextingui-  
 bile est lumen illius.

**IX.** Hanc igitur lucern David propheta desiderans, anxius proclama-  
 Psal. 24 bat dicens: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam. Et iterum: In lu-  
 Psal. 35 mine tuo uidebimus lumen. In huius igitur luminis claritate, filius  
 Matth. 17 seipsum in monte tribus discipulis præostẽdit, Qui metu mortis per-  
 territi, prostratiq; in faciem, finem sibi uitæ adesse senserunt. Hanc,  
 inquam, lucem in se fuisse demonstrans filius proclamabat, & ut in  
 Iohan. 12 eadem incederent, discipulos præmonebat: Dum lucem habetis,  
 Iohan. 8 inquit, ambulate in luce. Et iterum: Ego sum lux huius mundi. Qui  
 sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumẽ uitæ æter-  
 Iohan. 1 næ. Et Euangelista: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem  
 uenientem in hunc mundum. Si hæc lux, quæ credentibus promit-  
 titur, in filio esse probatur, & cum æterno æterna esse dicitur, Quo-  
 modo à uobis ab inaccessibili luce patris separatur?

**X.** Si enim filius deus uerus & uita æterna est, sine dubio in hac luce si-  
 mul cum patre habitare credendus est, quam nullus modo nostrum  
 in hoc mortali corpore constitutus, potest aliquatenus contueri.  
 Iohan. 3 Sed cum apparuerit, tunc uerè illum uidebit sicuti est, qui eius con-  
 spectibus dignus fuerit coaptari. Et non sicut Moyse cæteri q; pro-  
 phetæ per ænigmata & figuram, sed ipsam ueraciter in filio, secun-  
 dum Apostolum contuebitur deitatis imaginẽ. Nam si hunc eun-  
 demq; prophetæ testimonio subsequenter sereno mentis intuitu in-  
 uestigare uolueris, inuenies filium non posse ab hac luce patris peni-  
 tus separari. Quoniam cum solum filium dixerit in terra cum homi-  
 baruch. 3 nibus conuersatum, ostendit patrem ab illo non fieri alienum.



# EPISTOLA I.

Si testimonium enim hominum accipimus, testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quoniam non credit in testimonio, quod testificatus est de filio, & hoc est testimoniū, Quoniam uitam æternam dedit nobis deus, Et hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam. Qui non habet filium dei, non habet uitam. Hæc scribo uobis, ut sciatis, quoniam uitam æternam habebitis, qui creditis in nomine filij dei, & hæc est fidutia, quam habemus ad eum. Quia quodcunque petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. Et scimus, quia ꝑ audit nos quicquid petierimus. Scimus, quia habemus petitiones quas ꝑ petamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccatum peccare non ad mortē, petat, & dabitur ei uita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortē, non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, Et est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus, quia ex Deo sumus, & Mundus totus in maligno positus est. Et scimus, quoniam filius Dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum Deum, & simus in uero filio eius, Hic est uerus Deus & uita æterna.

XI.

1. Iohan. 15

audit

postulamus

Hæc fratres prædicate, hæc omnibus nuntiate. Vos uero inuicem exhortamini, perfecti estote, semperq; gaudete. Pacem autem sectamini ꝑ omnes, & Deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Deo autem & patri nostro gloria in seculum seculorum. Amen. Data VIII. Kal.

XII.

in omnes

2. Cor. 13

APRIL, Valente & Vetere  
ꝑ VV, CC, COSS.

Iege Viris clarissimis, Consulibus.

m 3

Elenchus



# ELENCHVSCA

PITVLORVM EPISTOLAE SE-  
cundæ Euaristi Papæ.

- 1 Vt unum sentiamus omnes, quia Christus caput nostrū est & sponsus Ecclesiæ, cuius nos filij sumus.
- 2 Episcopū Ecclesiæ suæ id esse, quod uir est suæ uxori.
- 3 Ne dimittat Ecclesiam suam Episcopus absq; ineuitabili necessitate, si non uult esse adulter.
- 4 Ne dimittat Episcopum suum Ecclesia, ut alium accipiat, illo uiuente: quia fieret adultera.
- 5 Vt Episcopus instanter doceat, Ecclesia uero illum ut legatum dei ac præconem ueritatis suscipiat.
- 6 Iniuriam Episcoporum ad Christū pertinere, cuius uice fungunt.
- 7 Vt expulsi Episcopi reuocentur, eiectis adulterinis, quos deponi ac infames fieri oportet.
- 8 Ex charitate omne bonū, ex odio et discordia oē malū procedere.
- 9 Vt mutua sit charitas inter Episcopū & plebem, quia pro omnibus laborat Episcopus.
- 10 Ne arguatur aut accusetur Episcopus à plebe aut uulgaribus, etiamsi inordinatus sit.
- 11 Vt sacerdotes peccata populorum diligenter exquirant ac probent unumquemq;.
- 12 Vt accusatores Episcoporum aliorumq; sacerdotū prius discutiuntur qua sint intentione, qua fide, quo merito.
- 13 Ne præcipientes in discutiendis iudicandisq; causis & negotijs, exemplo Dei super Sodoma.
- 14 Ne mala audita mox iudicemus absq; certa probatiōe, sed prius omnia diligenter inquiramus.
- 15 Inexcusabiles esse eos, qui alios iudicant in eo, in quo ipsi iudicādi sunt.
- 16 Vt sustineamus infirmiores, & non placeamus nobis, sed proximo in bono ad ædificationem.

Finis Capitulorum Euaristi, Summa, 28.

Epistola



# EPISTOLA SE- CVNDA EVARISTI PAPAE.



VARISTVS VRBIS ROMAE  
Episcopus, omnibus per Aegyptum domino  
conglutinatīs fratribus in domino salutē.

Vnum nos fratres sentire oportet & agere, ut,  
sicut legimus, in nobis unum cor & una anima  
esse probetur. Scimus nāq; sicut & à patribus  
accepimus, Christum esse caput, cuius & mē-  
bra sumus. Ipse enim sponsus, & Ecclesia spō-

sa, Cuius filij nos sumus. Et ideo unum patrem habemus Deum  
in cœlis.

Sacerdotes uero uice Christi legatione funguntur in Ecclesia: Et si-  
cut ei sua est coniuncta sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopis iungun-  
tur Ecclesiæ, unicuique pro portione sua. Et sicut uir non debet ne-  
gligere uxorem suam, sed diligere & caste custodire & amare, at-  
que prudenter regere: Sic Episcopus diligere, & caste custodire  
& amare atque prudenter regere debet Ecclesiam suam. Et uelut  
uxor, quæ est sub manu uiri, obedire debet uiro suo, eumque ama-  
re & diligere: Ita potius etiam Ecclesia Episcopo suo in omnibus  
obedire, eumque amare & diligere ut animam suam debet. Quia illud  
fit carnaliter, istud spiritualiter.

Et sicut uir non debet adulterare uxorem suam, Ita nec Episcopus  
Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est, absq;  
ineuitabili necessitate, aut Apostolica uel regulari mutatione, & al-  
teri se t̄ ambitu coniungat.

Et sicut uxori non licet dimittere uirum suum, ut alteri se, uiuente  
eo, matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit uir  
eius. Sed iuxta Apostolum, aut uiro suo debet reconciliari, aut  
manere innupta. Ita Ecclesiæ non licet dimittere Episcopum su-  
um, aut ab eo se segregare, ut alterum, uiuente eo, accipiat:  
Sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, Id est, alterum Epi-  
scopum, suo uiuente, non accipiat, ne fornicationis aut adulteri cri-  
men

I.  
Act. 4

Ephe. 1. & 5

Marth. 23

2. Cor. 5

II.

Ephe. 5

III.

ambit<sup>9</sup> causa

III.

1. Cor. 7



## E V A R I S T I

men incurrat. Nam si adulterata fuerit, Id est, si se alteri Episcopo iunxerit, aut super se alterum Episcopum adduxerit aut esse fecerit uel desiderauerit, per acerrimam poenitentiam aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta permaneat. Vnde & dominus in Euangelio loquitur, dicens: Si quis uiderit mulierem, ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo.

Matth. 5.

V. Episcopum uero oportet opportune & importune, atq; sine intermissione ecclesiam suam docere, eamq; prudenter regere & admonere, ut à uitijs se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare & diligere, ut legatum dei & præconem ueritatis. Quia attestante ueritate: Quodcunque ligauerit super terram, erit ligatum & in cœlis. Et quodcunque soluerit super terram, erit solutum & in cœlis.

2 Timot. 4.  
amare

Matt. 16. & 18.

VI. Nimis timenda est fr̃es hæc sententia, & præuidendū uobis, ne offendatis eos qui tantam à domino habēt potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi & summopere sunt uenerandi: non detrahendi uel lacerandi aut eijciendi, sed portandi & amandi, Ipso domino dicente: Qui uos audit, me audit. Et qui uos spernit, me spernit. Ideo hæc uobis & omnibus fidelibus scripsimus fratres, ut ab his uos caueatis, & posteris uestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis. Quoniam iniuria Episcoporum ad Christum pertinet, cuius uice funguntur.

LUC. 10.

scribimus

VII. 3. q. 2. c. Audi-  
uimus.

adulterinos

Audiuimus enim quosdam à uobis infamatos & dilaceratos Episcopos, à ciuitatibus proprijs pulsos (qui alibi Episcopi constitui nō possunt, nisi in ciuitatibus non minimis) et alios in eis, ipsis uiuentibus, constitutos. Ideo hæc uobis scripsimus, ut sciatis, hoc fieri non licere, sed proprios reuocari & integerrime restitui debere. Illos uero, qui adulterina fœditate suas sponfas, quas & uxores eorum præfixo tenore esse intelligim⁹, tenēt, eijci ut adulteros, atq; infames fieri, eosq; ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelam habueritis, his peractis, inquirendum erit, & autoritate huius sanctæ sedis terminandum.

VIII. Et ne omnia nunc figillatim dicamus, omne bonum si ipsa per se in uobis fuerit charitas, facere uos docebit, sicut econtrario eos, qui à salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. Vnde & uos, qui



## EPISTOLA II.

qui ueri estis discipuli, abijcite à cordibus uestris ante omnia discor-  
dias & animorum dissensiones. Ex quibus omne opus malum pro-  
cedit: & benignitatem ac simplicitatem tota mente seruate.

Veruntamen scitote cuncti, quòd supra omnes uos laborat Episco- IX.  
pus. Quia unusquisque uestrum suum proprium fert laborem. Ille ue-  
ro et suū & singulorum. Et ideo, sicut ille pro uobis omnibus, ita &  
uos omnes pro eo summopere laborare debetis: In tantum, ut si etiā  
necesse fuerit, animas uestras pro eo ponatis, sicut & ipse animam  
suam pro uobis, si necesse fuerit, ponere debet, Ipso dicente salua-  
tore: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Vos uero obe-  
dite eis, & uigilate pro eis. Quia ipsi peruigilant quasi rationem pro  
animabus uestris reddituri. Vt cum gaudio hoc faciant, & non ge-  
mentes.

Non est itaq; à plebe aut uulgaribus hominibus arguendus uel ac- X.  
cusandus Episcopus, licet sit inordinatus. Quia pro meritis subdito-  
rum disponitur à deo uita & doctorum, exemplo Dauid peccantis,  
ac comparatione Principum, qui ex merito plebis præuaricatur.  
Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum, et sagaci so-  
licitudine unūquēque probare, iuxta testimoniū dñi ad Hieremiā di-  
cētis: Probatorē, inquit, dedi te populo meo robustū, ut scias, et pro-  
bes uiam eorū. Ideo ista dico. Quia insidiator sæpissime solet bonū XI.  
cōuertere in malū, & in electis ponit maculam. Hierē. 6.

Vnde si qui sunt uituperatores aut accusatores Episcoporum uel reli- XII.  
quorum sacerdotū, non oportet eos à iudicibus ecclesiæ audiri, an- 2. q. 7. c. Si qui  
sunt,  
tequam eorum discutiatur æstimationis suspicio uel opinio, qua in-  
tentione, qua fide, qua temeritate, qua uita, qua conscientia, quo ue-  
merito: si pro deo, aut pro uana gloria, aut inimicitia uel odio, aut cu-  
piditate, ista præsumpserint nec ne. Hæc omnia fideliter sunt per-  
scrutanda, & diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui præ- Ibidē c. sunt  
nonnulli,  
positos suos peruersereprehendunt, si uel parum ipsis molesti exti-  
terint. Idcirco recto oculo Primates ecclesiæ utiliter præuideant,  
ne quisquam eorū innocens uexetur aut scandalizetur. Intendentes  
sententiæ domini, quæ ait: Si quis scandalizauerit unum de pusillis Matth 18.  
istis, melius illi est, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & de-  
margatur in profundum maris, & reliqua.

Deus omnipotens, ut nos à præcipitandæ sententiæ prolatione cō- XIII.  
pelseret: præcipitandæ



# E V A R I S T I

Heb. 4.  
 2. q. 1. c. Deus  
 Gene. 18.
 
 pesceret: cum omnia nuda et aperta sunt oculis eius: mala tamen So-  
 domæ noluit audita iudicare, priusq̃ manifeste agnosceret quæ di-  
 cebantur. Vnde & ipse ait: Descendam & uidebo, utrum clamorē,  
 qui uenit ad me, compleuerint, an non est ita, ut sciam. Deus omni-  
 potens, cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt etiam  
 antequam fiant: non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic prolixita-  
 tem uitantes non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut  
 nobis exemplum daret, ne præcipientes in discutiendis & iudicādis ne-  
 gotiis essemus. Et ne mala quorumque prius præsumamus credere  
 quàm probare. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sen-  
 tentiam unquam præcipientes simus, aut temere indiligeretq̃ in di-  
 scussa quæq̃ quoquo modo iudicemus, Dicente uoce ueritatis: No-  
 lite iudicare ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iu-  
 dicabimini, & reliqua.

**XIII.** Nam mala audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa  
 probatione quisquam unquam credat, sed ante audita diligenter in-  
 quirat, ne præcipitādo quiddam aliq̃s agat. Si enim dominus omni-  
 um, Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum usque peruene-  
 rat, omnia sciens, prius nec credere nec iudicare uoluit, quàm ipse  
 ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigans, quæ audierat, ope-  
 re ueraciter cognosceret. Multo magis nos humani & peccatores  
 homines, quibus incognita sunt occulta iudicia dei, hæc præcaue-  
 re, et nullum ante ueram iustamq̃ probationem iudicare aut damna-  
 re debemus. Manifeste Apostolo Paulo dicente qui ait. Tu quis es  
 qui iudicas alienum seruum? suo enim domino stabit aut cadet. Vn-  
 de & per prophetam Dauid dominus loquitur, dicens: Nolite exal-  
 tare in excelsum cornu uestrū, loquētes in ceruice ueteri. Quia neq̃  
 ab Oriente, neque ab occidente, neque à solitudine montium, sed  
 deus iudex hūc humiliabit, et hunc exaltabit, quia calix in manu dñi,  
 & uino merato ad plenū mixtus, et propinabit ex eo: uerū tamen fe-  
 ces eius potabūt bibentes omnes impij terræ. Ego aut̃ annūtiabo in  
 sempiternum, psallam deo Iacob. Et alibi idem ait propheta: Ab in-  
 crepatione tua deus Iacob cōsopitus est & currus & equus. Tu terri-  
 bilis es, & quis stabit aduersum te? Ex tūc ira tua. De cœlo auditū fe-  
 cisti iudiciū. Terra timebit & tacebit, cum surrexerit ad iudicādum  
 deus, ut saluos faciat omnes mites terrę. Et Apostolus ait: Mihi uin-  
 dictam,

30. q. 5. c. Nullū

Roma. 14.

Psal. 74.

Psal. 75.

Roma. 12.



# EPISTOLA I.

dictam, ego retribuam dicit dominus. Et alibi idem inquit Aposto-  
 lus. Sufficit unicuique obiurgatio, quæ fit à plurimis: ita ut magis do-  
 netis & consolemini: Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui  
 in angustia est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in illo cha-  
 ritatem. Et dñs in Euangelio ait: Diliges dominum deum tuum ex toto  
 corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & proxi-  
 mum tuum sicut teipsum. Dilectio enim proximi malum non operatur.  
 Propter quod iuxta Apostolum inexcusabilis es o homo omnis qui  
 iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas, eadem enim agis  
 quæ iudicas. Scimus enim quoniam dei iudicium est secundum ueritatem in  
 eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo omnis qui iudicas eos  
 qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei: an diuitias bo-  
 nitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis: ignorans, quo-  
 niam benignitas dei ad poenitentiam te adducit: secundum autem duriciam  
 tuam & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die ire & reuelatio-  
 nis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. His qui-  
 dem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incor-  
 ruptionem querentibus uitam æternam. His autem, qui ex contentione,  
 & qui non adquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indigna-  
 tio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum,  
 Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti  
 bonum. Et alibi idem Apostolus ait: Causati enim sumus omnes sub pec-  
 cato esse, sicut scriptum est. Quia non est iustus quisque, non est intelli-  
 gens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles fa-  
 cti sunt. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum pa-  
 tens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub  
 labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Velo-  
 ces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in  
 uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos  
 eorum. Scimus autem, quoniam quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur,  
 ut omne os obstruat, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex ope-  
 ribus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cogni-  
 tio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifesta est, testificata à  
 lege & à prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi super omnes qui  
 credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent  
 gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ

2. Cor. 2.

Matth. 22.

Roma. 3.

Roma. 2.

XV.

Roma. 3.

Psal. 13. & 52.



## E V A R I S T I

est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi. Item idē: Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, quis est qui cōdemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immō qui resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo separabit nos à charitate Christi? tribulatio an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculū? an gladius? Sicut scriptum est: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

**XVI.** Debemus autem (ut idem ait Apostolus) nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere, unusquisq; proximo suo placeat in bono ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia impropantium tibi ceciderunt super me. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationē qua exhortamur & ipsi à deo. Quoniam sicut abundant passionēs Christi in nobis, ita & per Iesum Christum abundat cōsolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro uestra exhortatione & salute: Siue exhortamur, pro uestra exhortatione, quæ operatur † in tolerantia earundem passionum, quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro uobis, sciētes, quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & cōsolationis. Fidelis autē deus, qui non patietur uos tētari super id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam prouentum, ut possitis sustinere. Propter quod Charissimi, sectamini semper charitatem, & æmulamini meliora & spiritalia, & adiuuate uos inuicem, ut Deo semper in omnibus placere ualeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus uobis. Amen. Data Kal. NOVEMBRI S. Gallo & Bradua V V, CC. COSS.

Dionysij



# DIONYSII AREO-

PAGITAE EPISTOLA AD DEMO-  
philum monachum, de benignitate.



EBRAEORVM TRADIT  
historia animose Demophile, etiam sanctū  
illum uirum Moysen eximia mansuetudi-  
nis merito, diuina amicitia, & familiaritate  
dignatum. Ac si quando ipsum diuino aspe-  
ctu excidisse commemorant, non id ei pri-  
usquam à mansuetudine defecerit, contigisse  
se describunt. Sed cum aliquando nimium

Nume. 12  
Mansuetudo  
Moysi,

insolesceret & consilijs obliteret diuinis: iratus est inquit furore do-  
minus. Cum uero ipsum diuinis meritis, atq; à deo indultis honoribus  
facit illustrem: ex ea imprimis excellenti ac diuina prorsus sum-  
mi boni imitatione cōcelebrat. Erat enim (inquit) mansuetus ualde.  
atq; ideo dei famulus dicitur, digniorq; prophetis omnibus: cui deus  
uisionis suae gratiā largiretur. Sed & cum aduersus eum & Aaron  
pro pontificatus honore ac principatu gentis, improbi quidam atq;  
impudentes proterue contenderent: omni honoris ac primatus am-  
bitione superior fuit, paratus quidem cuicunq; deus decreuisset po-  
puli gubernacula credere. Verum ubi insurgere in eum cœperant,  
prioraq; exprobando minari, & iam fermè in opus erumpere: mitis-  
simus ille deum quidem in salutē inclamauit. magna uero constantia  
singulariq; modestia cōtestatus est: se in fontē esse calamitatū omniū  
quæ subditis obuēissent. Nouerat enim oportere eum, qui deo bo-  
no familiariter iūgitur: q̄ maxime conari, ei pro uiribus simillimum  
fieri, ac præterea sibi esse bonorum operum consciū. ¶ Quid uero  
David quoq; illum dei parentē: fecit diuina amicitia dignum. Nem-  
pe cum esset bonus, atq; esset in hostes benignus: inueni (inquit ille  
summe bonus, ac benignitatis amator) hominem secundū cor meū.  
Præceperat & diuinitus indulta lex: ipsa quoq; inimici iumenta non  
negligi. Iob quoq; ut innocentiae tenax: iustificari promeruit, & Io-  
seph fratrum insidias in se ulcisci noluit. Abel itidē simplici animo

Nume. 16

Alia māsuētu-  
dinis exēpla,  
1. Reg. 13  
Psal. 88  
EXO. 23

Iob. 1. & 4.  
Gen. 50



Gene. 4 & absq; suspicione ulla: cum fratre paricidium gestiente pergebat.  
 Omnes deniq; theologia prædicat bonos, qui mala antea nec cogi-  
 tare nec facere norunt: sed ne aliena quidem malitia à bonitate deci-  
 dunt. immò cōtra: penitus ad diuinæ bonitatis imaginē malos quo-  
 que, bonos efficere curant. effundentesq; in eos omnia benignitatis  
 uiscera: sensim eos etiam ad similia prouocant. ¶ Verum ad altiora  
 ac digniora feramur. Non sanctorum uirorum mansuetudines, nō  
 angelorum: præ se ferentes boni speciem homines amantiū, euiden-  
 tissima benignitatis & propensioris in eos studiū indicia, enuntiare in-  
 tendimus, ut scilicet illi gentibus misereantur, ac pro ipsis diuinæ bo-  
 nitati offerant preces: perniciosasq; ac perditas multitudines incre-  
 pent, & malis nostris condolentes: eorum saluti læti congaudeant  
 qui se ad meliora conuertunt, & quæq; alia, quæ de beneficis ange-  
 lis diuinæ literæ tradūt. ¶ Sed his omnibus omissis Christi (qui uerè  
 ac supremè bonus est) beatissimos radios alto corde in silentio exci-  
 piamus, & ab ipsis illustrati, ad diuina eius & benignissima opera cō-  
 tuenda pergamus. An non ineffabilis, incomprehensibilisq; bonita-  
 tis est: q; quæ non erant, subsistere uoluit, & q; ea omnia ad esse pro-  
 duxit: quodq; omnia item semper similia sibi, pro cuiusq; captu eua-  
 dere cupit, suisq; communicare muneribus? Quid? q; à se auersos ac  
 resiliētes amatorie sequitur, contenditq; ac deprecatur, ne se dese-  
 rant i; quos tanta ui amoris inquirat. Quid? q; delitijs quoq; resolu-  
 tos, ac per id redire differentes, & eos frustra insimulantes, benignis-  
 sime tolerat, rationemq; reddere per se ipse dignatur, immò & pro-  
 missionibus releuat, blāditijsq; demulcet. Cumq; adhuc procul sint  
 qui ad se redeunt, lætus occurrit, atq; obuius fit, & totus totos com-  
 plexus osculatur, nec prioris illos auersionis culpat, uerum præsentī  
 conuersione contentus, & diem festum agit, & cōuocat amicos: eos  
 scilicet qui singulari benignitate sunt præditi, ut sit omnium lætantiū  
 habitatio. At uero Demophilus & quisquis alius si aduersetur bo-  
 nis, iuste omnino corripitur: edoctusq; quid congruat, bonus efficit.  
 Quomodo enim (inquit) non oportuit eum qui bonus esset, de eorū  
 qui perissent salute, & qui mortui essent uita, lætari? Deniq; & super  
 humeros attollit ouem uix ab errore conuersam, & benignos ange-  
 los ad lætitiā excitat. Ingratis quoq; clementissime utitur, & oriri  
 facit solem suum super bonos & malos, atq; ipsam animā suam pro  
 auersis

Angelorū erga  
hoīes benigni-  
tas.

Zach. 1

Apoc. 7

Dani. 10

Luc. 15

Tob. 8. & 9

Bonitas Chri-  
sti erga omnes.

Iohan. 1

Matth. 11

Luc. 15

Matth. 5

Iohan. 10



# EPISTOLA

auerſis à ſe, ac refugiētibus ponit. ¶ Tu uero, ut tuæ literæ indicant, procidentem ſacerdoti impium (ut ais) atq; peccatorem: nescio quo pacto contra diſciplinæ ordinem aſtans, calce abiecisti, ac repulisti: cum ille quidem uerecunde (quod oportuit) fateretur ſe ad peccatorum remedia quærenda ueniſſe, neq; exhorruisti inſuper & ſacerdotem optimum, lacerare conuicijs: miserabilem eum dicens, qui poenitentem atq; impium iuſtificaffet. Ac tandem exi, inquiring ſacerdoti, cum ſimilibus tuis, contra fas omne irrupiſti in adyta, & ſancta ſanctorum prophanare auſus es. & ſcribis nobis te ſancta, cum uiolanda eſſent, ſumma cura, prouidentiaq; ſeruallſſe, eaq; haſtenus illibata cuſtodire. Nunc ergo quid ipſi ſentiamus, attende. ¶ Nefas eſt ſacerdotem à miniſtris (qui te ſuperiores ſunt) atq; à tui ordinis uiris iudicari, etiam ſi impius in diuina eſſe uideatur, etiam ſi quid aliud ex ijs, quæ interdita ſunt, egiffe deprehenditur. Nam ſi diſtinctiones ordinesq; confundere, ſacratiffimas dei ſanctiones & iura tranſgredi eſt: omni proſecto ratione caret, dei cauſa peruertere traditum diuinitus ordinem. Neque enim in ſeipſum dei ſermo diuiſus eſt, alioqui quomodo ipſius ſtaret regnum? Et ſi dei eſt iudicium, ut ſacra eloquia teſtantur, ſacerdotes autem angeli ſunt, diuinorum iudiciorum continuo poſt pontificē magiſtri: ab ipſis tu diuina cōgrue, ac ſuo ordine per medios magiſtros, cum tempeſtium fuerit, diſce, per quos etiā cultor eſſe meruiſti. An uero non hoc ipſum ſacra ſigna proclamant? neq; enim ſancta ſanctorum ſimpliciter omnibus ſunt inacceſſa: uerum his appropinquat magis pontificum ſacra diſtinctio, deinde ſacerdotum ordo, quos deinceps & miniſtrorum ſequitur gradus. Porro ijs qui cultores ſunt ordinati, adytorum portæ ſegregatæ ſunt, iuxta quas & initiātur & aſtant, non ad cuſtodiam, ſed ut ordinem recognoſcant ſuum: ſuntq; ipſi populo propinquoſiores, q̄ n̄ qui ſacra adminiſtrant, & q̄ populus ipſis quoq; ſacerdotibus magis accedentes. Vnde & ſacrorum ſanctus ordo ſacerq; principatus, eos diuina percipere ſacre inſtituit: alijs quidem qui intra adytorum ualuas ſunt, ſacrorum adminiſtrationem concedens. Nam ijs, qui diuinum (ut expreſſius dixerim) altare circunſtant, diuina intuentur, atq; audiunt aperte ſibi reuelata: procedentesq; benigniſſime ad exteriora ſacrorum uelaminum, ſubiectis cultoribus, & ſacro populo, & ijs, qui purgant, ordinibus ſacra myſteria pro meritis pandūt.

Quæ

Immite facinus Demophili.

Confefſio hic & poenitentiæ ſacramētum intelligitur.

Sacerdotes non debent à miniſtris aut laicis iudicari.

Matth. 12

Eſa. 30

Rom. 2

Malach. 2

Ordo cultorū ſeu monachorum,



Responsio De  
mophili.

Ne sacra indi-  
gne tractetur

2. Paral. 26.

1. Reg. 13. et 15.

Mar. 3.

Hiere. 13.

1. Cor. 14.

Leui. 16.

Heb. 9.

Nume. 4.

2. Paral. 26.

Nume. 12.

Act. 19.

Hiere. 23.

Esa. 66.

Matth. 7.

1. Reg. 15.

Ro. 11. & 12.

Quæ profecto rite immaculata tam diu seruata sunt: quoad ipse tyranice nimium in ea irrupisti, sancta quoque sanctorum & quidem nolentia, tibi publicari coëgisti. Et post hæc haberi abs te sacra, atque seruari dicis: cum ea neque uidere neque audire merueris, neque aliquid habere sacerdotio dignum. Sicuti ne ueritatem quidem scripturarum nosti: cum eas quotidie sermone impugnes ad subuersionem audientium. Nempe enim si quis non permissum sibi à rege principatum gentis, usurpare tentasset: iustissima in eum poena desæuaret. Idem quoque putaretur, si principe quempiam uel absolvente uel damnante: nonnullus ex astantibus subditis præsumeret latam à domino retractare sententiam, & ne id modo: uerum et dominum afficere iniurijs, pulsare, atque ex imperio deturbare moliretur. An uero tu homo tam audax ac temerarius es: aduersus mitissimum atque optimum uirum, sacratissimam quoque ipsius functionem, et sacerdotalis dignitatis iura? Et hæc quidem nos oportuit dicere: cum quis supra merita ac dignitatem suam ausus, aliqua præsumpsit attentare: quæ tamen non indigna uiderentur, nam neque hoc cuiquam omnino fas est. Quid enim quod non conueniret, fecit Ozias, incensum offerens deo: quid item Saul uictimas faciens? quid uolenti nimium dæmones: cum Iesum dei filium uerissime prædicarent? Sed profecto à theologia omnis alienus interdicatur episcopus, unusquisque enim minister sui ordinem seruare debebit. solus quoque pontifex semel in anno ingreditur in sancta sanctorum: & hoc seruata diligenter omni (quam lex præcipit) munditia pontificali. Sacerdotes autem sancta circumtegunt, & leuitæ sancta non tangunt: ne moriantur. & iratus est furore dominus: contra Ozia temeritatem. & Maria lepra respergitur: quæ legifero fratri legem conatur imponere. Et super filios Scene infiliere dæmonia, & non mittebam eos (inquit) & ipsi currebāt: & non loquebar ad illos, & ipsi prophetabāt. & impius qui mihi immolat uitulum: sicut qui occidit canem. Atque ut summam dicam: eos non tolerat qui diuina peruertunt, perfecta illa dei suprema que iustitia, dicentibus quoque illis, in nomine tuo uirtutes multas fecimus: respondet, nescio uos, recedite à me omnes operarii iniquitatis. Nefas itaque est (ut diuina testantur eloquia) ea etiam quæ iusta sunt: non secundum dignitatem, merita quoque exequi, cæterum debet sibi quisque cautius intendere: ut non sublimia & quæ se altiora sunt sapiat, sola quoque ea meditari:



# EPISTOLA.

meditari: quæ sibi pro meritorum modo credita sunt. ¶ Quid igitur inquis nõ oportet sacerdotes, qui uel impie uel perperã aliquid face-  
re dephẽsi fuerint, corrigi? solisq; licebit gloriãtibus in lege: per præ-  
uaricationẽ legis deum inhonorare? Et qua ratione sacerdotes: præ-  
dicatores dei sunt? quo enim pacto diuinas populo uirtutes enunti-  
ant: qui nec earum uires penitus norunt? Aut quomodo illumina-  
bunt alios: qui ipsi sunt tenebris obfiti? Quomodo item diuini spiri-  
tus gratiam præstabunt: qui neq; an sit spiritus sanctus, habitu atque  
ueritate crediderunt? ¶ Ad hæc tibi ipse respondeo. non enim ini-  
micus Demophilus est: nec patiar te circumueniri à satana. Vnus-  
quisq; profecto circa deum altantium ordo: sacratior est magis absi-  
stente, atq; diuiniior. & lucidiora simul sunt, uimq; illuminandi seruã-  
tia maiorẽ: quæ uero lumini magis sunt propinquãtia. Neq; locali-  
ter accipias uelim huiusmodi propinquitatẽ: sed secundũ idoneita-  
tem, qua ad deũ recipiendũ sunt accõmodatiora. Si igitur quæ illu-  
minat, sacerdotũ est, sancta distinctio: proculdubio ille à sacerdoti-  
li ordine & uirtute omnino prolapsus est, qui illuminãs nõ est, mul-  
toq; sane magis: qui neq; illuminatus est. Atq; ut mihi quidẽ uide-  
tũr, audax nimium huiusmodi est: si sacerdotalia munia sibi assumit, neque  
metuit, neq; ueret: ea quæ sunt diuina præter meritũ perseq. putatq;  
ea latere deũ: q; sibi ipse conscius sit, & se deũ fallere existimat: quẽ  
falso noie appellat patrẽ, audetq; scelestas blasphemias suas (neque  
em preces dixerim) sacris aris inferre, easq; sup signa illa diuina ad  
Christi similitudinẽ dicere. Nõ est iste sacerdos, nõ est: sed infestus,  
atrox, dolosus, illusor sui, & lupo in dominicũ gregẽ ouina pelle ar-  
matus. ¶ At Demophilo fas non est: ista corrigere. Nam si diuinus  
sermo iusta iuste prosequi iubet (iuste uero prosequi: est unicuiq; qd  
suũ est pro meritis reddere) iuste hoc omnis prosequi nõ præter suũ  
meritũ aut ordinẽ debet. Nanq; angelis iustũ est, officia secundũ me-  
rita diuidi: ut & profecto diuisa sunt. uerũ hoc illis nõ à nobis o Deo  
mophile: sed per illos nobis ex deo, & ipsis quoq; per superiores an-  
gelos. Atq; ut breuiter dixerim: in omnibus quæ sunt, per prima se-  
cundis à dispositissima oim ac iustissima prouidẽtia, iusta pro meri-  
tis tribuunt. ut ij quidem quos deus præesse alijs statuit: inferioribus  
atq; subiectis secundum merita tribuant. Verum enim Demophi-  
lus iræ & conpiscentiæ: ratione moderetur, eisq; secundum merita  
tribuat.

Argumentum  
Demophili,  
Roma. 1.

Act. 19.

Satisfactio sa-  
ctissimi pr̃is.

Quis digne sa-  
cerdos.

Matth. 7.  
Ne inferior su-  
piorẽ arguat.



# DIONYSII

Similitudo  
exempli.

1. Timot. 3.

Tit. 1.

Luc. 16.

Ordinū distin-  
ctio.

Duplex pec-  
catū Demo-  
phili.

Hiere. 2.

tribuat, neq; suū uiolet ordinē: sed regat subdita supereminēs ratio. Nam si cum forte in foro aspicimus famulū dño, seniori adolescen-  
tulum, siue etiam filium patri maledicere, simulq; impetu facto pla-  
gas inferre: pietatē uiolare uidemur, nisi accurrētes præstantioribus  
opem ferre studeamus, quantūlibet illi fortasse prius perpeffi iniuriā  
sint, cur quæso nō erubescimus qui rationē ab ira & concupiscentia  
uiolari, & à tradito sibi diuinit<sup>9</sup> principatu deici uidem<sup>9</sup>, atq; negli-  
gimus: & inter nos ipsos impiam & iniustam temeritatem ac seditio-  
nem, confusionemq; excitamus? Merito sane noster à deo nobis in-  
dultus legifer: ecclesiæ dei præfici prohibet eum, qui domui suæ ea-  
tenus non bene præfuerit. Qui enim seipsum regere nouit: & altere  
reget, qui altere: etiam domū. & qui domū: ciuitatē quoq; & qui ci-  
uitatē: etiā gētem. Atq; ut summatim dicā: iuxta ueritatis uocē, q in  
modico fidelis est: & in multo erit fidelis. & q in modico infidelis: et  
in multo q; infidelis erit. Ipse igit cōcupiscētia & iræ atq; uerbo: cō-  
grua iure tuo impartire, tibi aut uenerādi ministri moderēt, ministris  
sacerdotes, sacerdotibusq; pontifices: atq; illis ipsis Apostoli, Apo-  
stolorumq; successores conuenientia dictent. At si quis forte & in-  
ter ipsos à recto tramite deuiarit: is ab æqualibus atq; sui ordinis san-  
ctis corrigatur, ut non ordo in ordinem ruens cūcta permisceat: sed  
unusquisq; in suo ordine, suoq; officio maneat. Ista tibi interim idcir-  
co dixerimus: ut & scias & facias quæ tui muneris sunt. ¶ Porro de  
illa in uirum (ut tu ais) impium ac perditum immanitate: nescio quo  
fletu plangam cōtritionem dilectissimi mei. Cuius enim te arbitra-  
ris à nobis cōstitutū esse cultorē? Nisi em̄ illius summe bone cultor  
es: profecto & à nobis & ab omni nostrę religionis cultu alienus sis  
necesse est, iamianq; tibi ex hoc deus inquirēdus est alius, et alij sacer-  
dotes: ut apud illos effereris potius q̄ perficiaris, sisq; amicæ crudeli-  
tatis minister atrox. An em̄ & nos ipsi ad supremæ sanctitatis imagi-  
nē perfecti sumus? aut nō in nobis ipsis diuinę clemētię largitate in-  
digem<sup>9</sup>? An uero iuxta diuinas literas: peccatū duplex impiorū mo-  
re peccamus? dū & nescimus in quibus offendimus, insuper & nosi-  
p̄s iustificare præsumimus, putamusq; nos uidere: cū reuera mini-  
me uideamus. Obstupuit coelum super hoc, & exhorui ego, mihi  
q̄ ipsi uix credo, ac id ipsum bene scias uelim: nisi tuas legissem lite-  
ras (quas utinam nūquā uidissem) nemo unq̄ persuasisset (quicūq;  
mihi



# EPISTOLA:

mihi hæc de te persuadere moliret) ut ad credendū adductus essem,  
 Demophilū nō arbitrari deū super oīa bonū ac benignum esse: seq̃  
 putare ipsius miserātis ac saluātis gratia nō indigere. immō & sacer  
 dotes abrogare: qui promeruerūt bonitate præcipua plebis ignorā  
 tias portare. & non seuerē corripere, sed eis deū propitiū facere: non  
 ignorantes q̃ et ipsi circūdati sunt infirmitate. ¶ Sed profecto diui  
 nus ille ac summus pontifex, altera ingressus est uia: idēq̃ cū (ut sacra  
 testant̃ eloquia) à peccatoribus esset segregatus. Atq̃ hoc eximie in  
 se dilectiōis argumentū capit: si oues eius modestissima gubernatio  
 ne pascamus. & nequam eum appellat qui conseruo non dimiserat  
 debitū: neq̃ illi indultæ sibi largissime bonitatis ne minimā qdē tra  
 diderat portionem. Atq̃ ideo in illum intorquet iustā omnino sen  
 tentiā, ut (quod mihi ac Demophilo ualde metuendū est) ab eo que  
 semel fuerāt dimissa repetant̃. Nempe em̃ & ihs qui impias in se ma  
 nus iniecerāt in ipso suæ passionis tēpore: Veniā à patre precabat̃. di  
 scipulos itē corripuit: q̃ persequentes se Samaritanos ut impietatis  
 condemnaret, optauerant. ¶ Hoc sane illud est quod imprudenti il  
 la & prolixa nimis epistola tua inculcas & replicas: q̃ scilicet nō te i  
 psū sed deū ultus es. Dic oro te: per malitiam, eum qui summe  
 bonus est uindicas: absit. Non enim habemus pontificem qui com  
 pati non possit infirmitatibus nostris: uerum & innocens, & miseri  
 cors est. Non contendet neque clamabit: & ipse est mitis, et ipse pro  
 pitatio est pro peccatis nostris. Non itaq̃ suscipiemus improbos co  
 natus tuos, ne si millies quidē Phinees atque Heliam te dicas æmu  
 lari. Hęc enim minime probauit Iesus: cum ea sibi discipuli, mitis ac  
 benignissimi spiritus eatenus rudes ignari que suggererent. Deniq̃  
 & sacratissimus noster institutor: in mansuetudine docendos admo  
 nuit eos, qui doctrinæ dei aduersarentur. Doceri quippe ignaros de  
 cet: non supplicijs affici. sicuti & cæcos non cruciamus: sed ad ma  
 num ducimus. Contra uero tu respirare in lucem inchoanti uiro: i  
 ctum in caput impingens emergendi facultatem adimis, acceden  
 tem que summa cum uerecundia, repellis audacter. ¶ Hoc igitur in  
 gentis horroris est: quod is, quem Christus summe bonus errantem  
 in montibus requirit, fugientemq̃ reuocat, & uix repertū sacris hu  
 meris reuehit: abs te affligit, repudiāt, abiicit. Ne quæso tā male no  
 bis ipsis cōsulamus: neq̃ gladiū in nos ipsos impellamus. Nam ihs qui  
 dem,

De dño saluatore nostro,

Heb. 4. & 5.

1. Pet. 2.

Ioan. 10.

Luc. 15.

Matth. 18.

Luc. 23.

Luc. 9.

Mala ultio De  
mophili.

Heb. 4.

Esa 42.

Matth. 12.

1. Iohan. 2.

2. Timo. 2.

Luc. 15.

Quid est gla  
diū i nos ipsos  
impellere.



dem, qui alios uiolare iniurijs, aut beneficijs fouere nituntur, cum illi forte quæ uoluerint facere nequeant, sibi tamē aut malitiā secundum propositū, aut bonitatē consciuere: atq; ideo euadunt aut uirtutibus diuinis, aut atrocitatibus inhumanis pleni. Et ij quidē angelorum sanctorum sectatores & comites, & in præsentī & in futuro seculo cum omni pace liberati à malis omnibus: beatissima requie in perenni uita, perpetua hæreditate potentur, & (quod bonorū omnium maximū est) cum deo semper erunt. Porro ij qui à diuina simul ac sua pace deciderunt, & in uita & post mortē cum immitibus, atrocibusq; dæmonibus futuri sunt. Cuius rei gratia nobis summo studio curandum est, ut bono inhæreamus deo, simusq; cum domino semper, & non cum malis occulto illo iustissimoq; iudicio segregemur, atq; ex nobis ipsis poenas debitas subeamus. Quod ego maxime omniū timeo, malorumq; omnium exors esse, & cupio & oro. Ac si uis, diuinam quoque sancti cuiusdā uiri uisionem memorabo.

¶ Cum aliquando in Cretam uenissem, sanctus Carpus me suscepit hospitio, uir ob eximiā animi munditiā ad dei speculationē ultra ferre me omnes aptissimus. Deniq; nunq̃ sancta mysteria celebrare coepisset, nisi prius inter eas preces (quæ antea consummantur) sacra illi ac propitia uisio apparuisset. Hunc igitur (ut ipse referebat) infidelis quispiā cōtristarat aliquando. Erat aut causa tristitiæ, q̃ ille quendā ab ecclesiæ fide, ad impietatē erroris abduxerat. Cumq; eius celebritatis (quā uulgus ilarias uocat) agerent dies, qui debuerat pro utrisq; benignissime orare, atq; dei saluatoris auxilio alter ab errore cōuertere, alter bonitate supare: nec desistere quin eos ammoneret p̃ oēm uitā, donec poenitentiæ tēpus superesset: & ita eos ad dei cognitionē attrahere, ut iam tandē & quæ illis erant ambigua, & obscura patescerent, & ab ijs quæ præter rationē audacter admiserant, resipiscere legitima seueritate cogerent: nescio quo pacto (cū intra semetipsum id antea passus non esset) tūc uehementē indignationē atq; amaritudinē imbiberat animo. Sic itaq; affectus obdormiuit, erat em̃ uespera. Circa uero mediā noctē, quo tempore consueuerat ipse semper apud se ad diuinos euigilare hymnos: expergiscitur quidē & surgit, cū somnos parē quietos & crebro interruptos, nec absq; perturbatione coepisset: stans tamen ad diuinā precē & colloctionē non satis intente, irreligiose tristabatur, & ferebat grauit̃, iniquū esse dicēs,

si impij

Zelus Carpi discipuli S. Pauli

Ilariæ, festa lætitiæ.



# EPISTOLA.

si impij homines & qui uias dñi peruerterēt rectas, adhuc uiuerent. Et hæc dicens precabatur deum: ut amboꝝ uitā turbine aliquo & fulmine prorsus abrumperet. His dictis repēte se uidisse referebat domum, in qua cōsistebat: primitus uehemēter agitari, ac tū demū à summo culmine per mediū diuidi. & quendā ante se ingētis luminis rogam, eūq; (uidebat eīm iā sub diuo esse locus) è cœlo ad se usq; deferri. cœlū uero ipsum patere apertū cōspiciebat: eiusq; cardini Iesum insidere, innumeris illi humana specie astatibus angelis. Et ista quidem uidisse: cum superne aspiceret, & se esse admiratū memorabat. Vbi uero ad inferiora deflexit obtut⁹ Carpus: ipsum q; solū instat uasti ac tenebrofi cuiusdā profundi discissum se uidisse ait. atq; uiros illos (qbus mala imprecatus fuerat) ante se ad os illius profunde uoraginis stare tremētes ac miserabiles: et qui ipsa pedū suorū labilitate iam mergēdi uiderent. Porro ab inferiori parte uoraginis serpentes cernebat emergere: qui circa illorū pedes ita instabiles ac nutātes, interdū quidē in globū colligi & ingrauari unā, atq; pertrahere: interdū uero dētibus & caudis, ore, gutture, linguis, ac toto corporis motu uim immēsi pauoris uiderent incutere. ut q modis omnibus deorsum illos præcipitare molirent. fuisse aut & uiros quosdā in medio, qui cōtra eos unā cū serpētibus impetū facerēt: exagitātes unā, et impellentes, atq; ferientes. Videbātur aut illi lapsui proximi: partim uis, partim etiā inuiti, partim etiā spōte: cū à malo sensim & cogerent simul, & inducerent. Referebat aut Carpus se (dū inferiora aspiceret) fuisse delectatū, atq; superiora neglexisse: grauitē aut & indigne ferentē q illi necdū cecidissent. & cū sæpius eò desiderij ferret impetu, eosq; & ipse niteret impellere, semperq; frustra moliret: molestissime tulisse, & cōtra eos imprecatū esse. Cū ecce uix tandē reuocatis ad supna luminibus: uidit cœlū sicuti & prius aspexerat, Iesumq; miseratū qd fiebat, de cœlesti illa sede cōsurgentē, ad eos usq; descendere, et porrigere clementissimā manū, angelosq; unā opē ferentes: aliū de aliū, tenuisse uiros, ac dixisse Carpo Iesum, statim porrecta adhuc manu: iam percute aduersum me. paratus eīm sum etiā iter pro saluādis hominibus pati: gratū mihi istud est, dū nō alij homines peccent. Tu aut inspice: an tibi utile sit hanc istius profundi, & cū serpētibus mansionem, dei ac bonorum clementiumq; angelorū præferre consortio. Hæc sunt quæ ego audita: uera esse credo.

visio de Chro  
pereuntib⁹ opē  
ferente.



# DIVINI IGNATII

EPISCOPI ANTIOCHENI TERTII A

Petro apostolo martyris, discipuli beati Ioannis Euā  
gelistæ, epistola ad Trallianos ex Smyrna.



GNATIVS QVI ET THE  
ophorus: dilectæ à deo patre, & domino Ie  
su Christo ecclesiæ sanctæ quæ est in Tral  
lis: electæ, & deo dignæ, pacificatæ in car  
ne & spiritu Iesu Christi spei nostræ in pas  
sione per crucem & mortem, atq; resurre  
ctionem: quam et saluto in plenitudine apo  
stolicæ formæ, & opto plurimū in deo gau

Polybius.

dere. ¶ Immaculatum animum, & sine dolo in perseverantia cogno  
ui uos habere: non in hesitationem, sed in fidei possessionē. prout si  
gnificauit mihi Polybius Ep̃us uester, qui peruenit uolūtate dei pa  
tris, & Iesu Christi filij eius & cooperatione spiritus Smyrnā, & sic  
mihi cōgratulus est uincto in Christo Iesu: ut omnem plenitudinē  
in ipso conspicerem. Suscipiens ergo eum secundū deum: uestrā be  
neuolentiam per ipsum agnoui, inueniens uos imitatores esse Iesu  
Christi saluatoris nostri. ¶ Episcopo subiecti estote: sicut dño. Ipse  
em̃ uigilat pro animabus: tanq̃ rationē redditur⁹ deo. propter quod  
uidemini mihi non secundum carnem uiuere sed secundum Iesum  
Christum, qui pro nobis mortuus est: ut credentes in morte eius, per  
baptismum participes resurrectionis eius efficiamur. Necessariū est  
em̃ uos nihil præter Episcopum facere, neque aliquid agere. Sed et  
presbyteris subditi estote sicut Apostolis Iesu Christi spei nostræ: in  
quo perseverantes, in ipso inueniamur. Oportet etiā & diaconis qui  
sunt in ministeriū Iesu Christi: omni modo placere. Nō em̃ in cibo  
& potu sunt ministri: sed ministerij ecclesiæ dei. Oportet ergo p̃ce  
pta eorū obseruare: sicut ignē ardentē. ipsi uero sint tales. Vos autē re  
ueramini eos tanq̃ dominum Iesum Christum: quoniam custodes  
sunt loci eius. sicut Ep̃s forma est patris omnium: presbyteri uero si  
cut confessus dei & coniunctio Apostolorū Christi. Sine ipsis enim  
ecclesia

Præcepta &  
sc̃ta monita.  
Heb. 13.  
Roma. 6.



## EPISTOLA.

ecclesia electa non est, neque collectio sanctorum, neque congregatio sancta. Confido enim & uos sic consistere: exempla enim charitatis uestrae accepi, & habeo penes me ipsum in episcopo uestro, quoniam ipsius institutio magna doctrina est. Nam & mansuetudo eius uirtus est: quam arbitror etiam illos, qui sine deo sunt, reuereri. ¶ Quia autem diligo uos, parco frequentius uobis scribere, ne uidear aliquibus contrarius aut tediosus esse. Vinctus sum enim pro Christo, sed non dum Christo dignus sum: si autem consummauero, forsitan ero. ¶ Non sicut apostolus praecipio, sed metior me ipsum, ne in gloriatioe mea peream, bonum enim est, in domino gloriari. Et si saluatus fuero apud deum, plus me oportet timere, & non attendere ad eos qui magnificant me: hi uero qui me laudant, potius flagellant. Eligo enim pati, sed nescio si dignus sum. Zelus enim inimici, multis non uidetur, me autem impugnat: debeo ergo esse mansuetus, ut dissoluatur princeps seculi huius diabolus. Nunquid non poteram uobis secretiora scribere: sed timeo ne paruulis uobis constitutis, laesionem imponam. Et ignoscite mihi, quia non ualetis ferre uinculorum onera, quemadmodum ego uinctus sum. Et possum quidem intelligere coelestia: angelorum scilicet atque archangelorum ordines, militiae diuersitates, uirtutum & dominationum differentias, sedium atque potestatum distantias, aeternorum magnificentias, cherubim & seraphim excellentis spiritus sublimitatem, domini regnum, & super haec omnia omnitenentis dei incomparabilitatem. Haec igitur ego cognoscens, non omnino perfectus sum, aut discipulus esse possum, qualis Paulus aut Petrus. Multum enim mihi restat, ne a deo derelinquar. Rogo autem uos, non ego, sed dilectio Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. ¶ Sunt enim quidam uaniloqui & mentis seductores, non Christiani, sed Christum mercantes, seductione circumferentes nomen Christi, & cauponantes uerbum euangelii, & uenenum erroris commiscuentes dulci blandimento, sicut puro melli uirus admiscuentes, ut qui biberit illius potus sensuales illecebras, dulcedine captus, inobseruanter morti addatur. Monet autem quidam antiquorum, ut nemo bonus dicatur, qui malum bono admiscuerit. Nominant enim Christum, non ut Christum praedicent, sed ut Christum spernant. Et legem proferunt, non ut legem statuunt, sed ut legi contraria annuntient, Christum enim alienant a

Laus Polybii  
Episcopi.

Magna humilitas, ubi gratia abundat.

Nouè ordines  
angelorum.

1. Cor. 1  
Contra haereticos.

Varii errores  
eorum.



Esa. 66  
 Quis honor  
 bonis episco-  
 pis, presbyte-  
 ris & diaconis  
 debeat, & cu-  
 ius formā ge-  
 runt, & quid  
 sint.

Præmonitio.

Rom. 8

patre, legem uero Christi & natiuitatem ex uirgine abiiciunt: crucē  
 erubescētes, & passionē negantes, & resurrectioni non credentes,  
 dominū incognitū profitentur, Christū ingēnitū putāt, & neq; quia  
 est spiritus sanctus, confitentur. Quidā uero eorū filium hominē pu-  
 rum esse dicunt: alij autē ipsum patrē esse dicunt ipsum filiū, ipsumq;  
 spiritū sanctū. Et creaturā, non opera dei esse per Christum dicunt,  
 sed alterius cuiusdā extraneæ uirtutis. Cauete ergo à talibus, ne su-  
 matis laqueos animabus uestris, & uitam uestrā inexplorabilē oppo-  
 nite omnibus hominibus, ne efficiamini muscipula explorationis, et  
 sicut retia extensa. Qui enim sibi non parcit in operibus suis, frater  
 est polluentis semetipsum. Si ergo & uos deponatis naturalē super-  
 biam, inflatīlē, & tumidā extollentiā, possibile erit uobis inseparabi-  
 les esse à deo. Propē est enim dominus timētibus. Et in quē (inquit)  
 respiciam, nisi in humilē, & quietū, & timentē uerba mea? ¶ Vene-  
 remini autē & episcopū uestrū sicut Christū, secundū quod uobis bea-  
 ti apostoli præceperunt. Qui enim intra altare est constitutus, mun-  
 dus est: propter quod obedite episcopo uestro & presbyteris. Qui  
 uero extra altare cōstitutus est, extra episcopū est, & presbyteros, et  
 diaconos aliquid agens: qui autē talis fuerit, pollutus est cōscientia,  
 & est deterior infideli. Quid est enim episcopus, nisi omnē principa-  
 tum & potestatē illorū omniū tenēs, quemadmodū deceat hominē  
 tenere, imitatorē dei factū secundū uirtutē? Quid est presbyterium,  
 nisi institutio sancta consiliarij, & confessoris episcopi: quid etiā dia-  
 conij, nisi imitatores Christi, ministrantes episcopo sicut Christus pa-  
 tri, & operantes illi operationē mundā & immaculatam: quo modo  
 sanctus Stephanus beatissimo Iacobo, & Timotheus & Linus Pau-  
 lo, & Anacletus & Clemens Petro? Qui igitur istis inobediens fue-  
 rit, hic sine deo omnino erit, & impius & contemnens Christū, & or-  
 dinationem ipsius minorans. ¶ Ego uero hæc uobis mando, non q;  
 aliquos inter uos tales agnouerim (nec permittat deus aliquid huius-  
 modi aliquando in auribus meis introire: qui filio suo non pepercit  
 propter sanctam ecclesiam) sed præuidens seditiones iniqui, præmo-  
 nitione conforto uos, sicut filios meos charissimos & fideles in do-  
 mino, præpotans uos medicamine præmuniēte contra imminentē  
 pestilentia, quam etiam uostanq; morbum fugite, beneplacentes in  
 Christo domino nostro. Vos ergo succincti māsuetudine, imitato-  
 res



# EPISTOLA

res estote passionum Christi & dilectionis eius, qua dilexit nos, dans semetipsum pro nobis redemptionē, ut nos sanguine suo mundaret ab antiqua impietate, & uitā nobis præstaret incipiētibz nobis iam perire, pro malitia quæ erat in nobis. ¶ Nemo ergo uestrū aduersus proximū aliquid habeat, dicente domino: dimittite & dimittet uobis. Nolite occasionē dare gentibus, ne propter aliquos paucos insipientes, uerbū domini & doctrina blasphemetur: ne in uobis cōpleatur quod propheta ex persona dei ad huiusmodi dicit: quoniam per uos nomen meum blasphematur in gentibus. Obturate autē aures uestras, quando uobis quis sine Iesu Christo filio dei loquitur, qui factus est per Mariam ex semine David, qui uerē natus ex deo & ex uirgine: quia hoc ipsum est, quod & deus: suscepit em̄ uerē corpus: uerbum (inquit) caro factum est, & habitauit sine peccato in nobis: quis enim (inquit) ex uobis arguet me de peccato? Manducauit em̄ uerē & bibit, & crucifixus est, & mortuus sub Pontio Pilato. Sed & secundum placitū uoluntatis suæ uerē crucifixus est, & uerē mortuus, uidētibz cœlestibus & terrestribz & infernis. Cœlestibus quidem, tanq̄ incorporalibus creaturis. Terrestribz uero, ut Iudæis & Romanis, & cæteris hominibus, qui tunc eodē tempore præsto erant, quando crucifixus est dominus. Infernis autem, ut multitudi- ne eorum qui cum domino resurrexerūt: multa (inquit) sanctorum corpora dormientiū, resurrexerunt de monumentis patefactis. Descendit autē in infernū solus: ascendit uero cum multitudine, & dirupit maceriā quæ erat à seculo, & mediū parietē eius dissoluit: & resurrexit tertia die, resuscitante eum patre: & post dies quibus conuersatus est cū apostolis, assumptus est ad patrē, & sedet ad dexterā eius, expectans donec ponantur omnes inimici eius, scabellū pedū eius. Die ergo parasceuēs tertia hora, accepit sententiā à Pilato, permittēte patre: sexta uero, crucifixus est: nona autem, emisit spiritū: Ante uero solis occasum, de cruce depositus est, & sepultus in monumento nouo: sabbato uero māsit sub terra in sepulchro, in quo posuit eū Ioseph ab Arimathia: Dominica autem die, resurrexit à mortuis, secundum quod dictum est ab eo: sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Continet autē dies parasceuēs passionem eius: sabbatū uero, sepulturā & requiē: dominica autē, resurrectionē.

¶ Quidā

Pia instructio  
Mar. 11

1. Pet. 2

Esa. 52

Fides recta de  
Chrō pro nobis  
passo.

Genis

Matth. 27  
Ephē 2

Maceria, murus, uetustus & ruinosus.

Horæ mysteriū uiuificę passionis Iesu Chri.

Matth. 12



Item in hæreti-  
cor.

Zach. 12

Corp<sup>s</sup> sine no-  
bis, sine hūana  
opatione, sed  
diuino opan-  
te spū. immo  
& tota super-  
substantiali tri-  
nitate.

Luc. 3

Psal. 40

Psal. 81

Ioan. 11

Hærefes, sine  
deo, inuentio  
Diaboli,

Hiere. 17

Apoc. 3

¶ Quidam autem tanq̃ sine deo increduli & infideles, dicunt eum putatiue tantū fuisse hominē, & non uerē corpus suscepisse, atq; puta-  
tiue passum, & mortuū. Ego uero pro passione & morte domini mei  
uinctus sum, & opto ad bestias pugnare. Si enim putatiue & non ue-  
rē passus est, & mortuus, ergo gratis moriturus sum, mēdacia de cru-  
ce domini confingens. Sed & propheta superflue dixit: uidebunt in  
quem cōpunxerunt: & plangent inter seiplos tanq̃ super dilectum,  
& dolebunt dolore tanq̃ super primogenitū. Ergo infideles illi, &  
increduli non minus sunt, q̃ illi qui eum crucifixerunt. ¶ Ego sic de-  
uoui spem habere in eum, qui pro me uerē mortuus est, quia alienū  
est ab eo mēdaciū. Verē etenim peperit Maria corpus, deo in eo ha-  
bitante: & uerē natus est, deus uerbum ex uirgine: corpus sine nobis  
passibile sine peccato induens, uerē conceptus est in utero & factus  
est in uero: formans & faciens sibi corpus ex uirgine, sine semine sci-  
licet, & colloctione uiri, portatusq; in utero, sicut & nos tempore  
portati sumus. Et uerē lactatus est & nutritus, sicut & nos: & cibo  
& potu, sicuti & nos, usus est: & triginta annos agens, baptizatus est  
à Ioanne in ueritate, & non in phantasmate. Et tribus annis prædica-  
uit euangeliū, & fecit signa & prodigia corā falsis Iudæis: & à Pi-  
lato præside, iudex iudicatus est, flagellatus est, colaphis cæsus est,  
consputus est, spineam coronam, purpureamq; uestem portauit, cō-  
demnatusq; crucifixus est uerē: uoluntarie, complacens, non imagi-  
narie neq; fallaciter mortuus est, sed uere: & sepult<sup>9</sup> est, & resurrexit  
à mortuis, sicut ipse alicubi orans patrē, dicebat: Tu autē dñe resusci-  
ta me, & reddā illis. Et pater qui semper eum exaudit, respondens,  
ait: Exurge deus iudica terrā, quoniā tu hæreditabis in omnibus gē-  
tibus. Qui ergo resuscitauit eum pater, ipse etiam nos per eum resu-  
scitaturus est, non sine uera uita, hoc est, nō sine ipso qui ait: Ego sum  
uita, qui credit in me (licet moriatur) uiuit: & omnis qui uiuit & cre-  
dit in me, non morietur in æternū. ¶ Fugite illas sine deo hærefes, di-  
aboli enim sunt adinuentio, serpētis, autoris malorū, qui per mulierē  
seduxit Adam, patrem generis nostri. Fugite uero & malas soboles  
eius: Simonē dico primogenitū generis ipsius, & Menandrū, & Ba-  
silidem, & totā collectionē malignitatis ipsius: & illos hominis cul-  
tores Hebionitas, quos maledictos esse Hieremias propheta asseru-  
it, Fugite quoq; & illos immundissimos Nicolaitas, amatores libidi-  
nis.



# EPISTOLA.

nis, malos calumniatores: nam talis fuit Apostolorum minister Nicolaus. Fugite etiam ipsius nequissimi nepotes, Theodotum scilicet & Cleobolum, qui generant fructum mortiferum, de quo si quis degustauerit, statim morietur, non morte temporali, sed æterna. Hi autem omnes non sunt plantatio dei patris, sed progenies maledicti. Omnis autem plantatio (inquit deus) quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Quod si fuissent rami patris, non utique essent inimici crucis Christi, sed sunt rami illorum, qui occiderunt dominum gloriæ. Nunc autem crucem negantes, & passionem erubescences, operantur Iudæorum iniquitates, illorum scilicet, qui & deo rebelles extiterunt, & dominum occiderunt: parum est enim eos dicere, prophetarum esse interfectores. ¶ Vos ergo inuitat Christus ad suam incorruptionem per passionem suam & resurrectionem, qui estis membra eius. Saluto uos ex Smyrna, unam cum cōpræsentibus mihi Ecclesiam dei, quæ & præsentem me sibi requisierunt in omni carne & spiritu. Postulant uos uincula mea, quæ propter Iesum Christum porto, rogans deum ut mereamini in consensu & oratione in inuicem permanere: decet enim unumquemque uestrum bene obsequi presbyteris, episcopum in honorem dei patris, & in honorem Iesu Christi atque apostolorum, uenerari. Deprecor uos ex affectu audire me, ut non sit in testimonium quod uobis scripsi: & orate pro me indigente misericordia dei, ac uestra charitate, ut merear cōsequi sortem, cui subiacceo, ne reprobis inueniar. Salutat uos dilectio Smyrneorum & Ephesiorum, memores uestri, ecclesiæque quæ est in Syria. Vnde non sum dignus dici ultimus eorum qui ibi sunt. Incolumes estote in Christo Iesu. ¶ Subiecti estote episcopo, similiter & presbyteris, atque diaconis, omnes inuicem corde inseparabili. Castificet uos spiritus meus, non solum nunc, sed & quando deum meruero adipisci. Adhuc enim in periculo sum, sed fidelis est pater Iesu Christi adimplere petitionem meam & uestram, in qua inueniamur immaculati, & acquiescenti in domino. Amen.

Nunc Diabolus  
nequissimus,  
nunc maledictus  
appellatur.  
Matth. 15

COLONIAE ANNO MDXXVI.  
Mense Iulio.



















